This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

9742

Digitized by Google

9 Sub. 33

29742 f 1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Boid?

AVIANI FABVLAE

XXXXII

AD THEODOSIVM

EX RECENSIONE ET CVM INSTRVMENTO CRITICO

GVILELMI FROEHNER

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXII

Digitized by Google

Digitized by Google

AVIANI FABVLAE

·XXXXII·

AD THEODOSIVM

EX RECENSIONE ET CVM INSTRVMENTO CRITICO

GVILELMI FROEHNER

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXII

33

Digitized by Google

LIPSIAE FORMIS B. G. TEVBNERI.

Digitized by Google

Ex uetustarum quotquot Auiani libellum conprehendunt membranarum numero praegrandi quattuor potissimum mihi uisae sunt deligendae, quarum auctoritate subnixus fabulatoris antiqui carmina emendarem. Nono enim saeculo scriptae istae quidem omnes aetate ueneranda non minus quam conspirante suo consensu a ceteris qui adhuc innotuerunt libris, iisque et recentioribus et omnis generis interpolamento pessum datis, tam procul absunt ut quicumque hanc codicum diuersitatem curiosius expenderit, utri utris praestent ambigere nequeat. Et priores adparatus mei libri tres hodie in bybliotheca Caesaris Parisiaca seruati cuiuis in promptu sunt: *A* numero 8093 inscriptus (olim *Nicolai Fabri*, deinde *Colberti* 1512), membranaceus formae quadratae, multa uariorum poetarum fragmenta uariisque temporibus exarata conplectitur,

Digitized by Google

inter quae Auiani fabulae folia 52—58 occupant, ita tamen ut conpluribus membranis deperditis iam neque initium epistulae superstes sit, neque quibuscum aliis scriptoribus olim sociatus fuerit uel coniciendo diiudicari possit. Id tantum perspexi, in ultima pagina uersiculos illos 'de duodecim caeli signis' concinnatos exstitisse, quarum scriptura scalpello diligentissime erasa adeo euanuit, ut primordium quidem: '*primus adest aries taurusque insignibus auro Cornibus ....*' expiscarer, cetera aliunde satis cognita neglegerem. Sequitur cui litteram *P* indidi codex coenobii *Sancti Germani ad Prata* 1188, olim numero 540 notatus, formae maioris liber multosque latinitatis deflorescentis cum poetas tum artium scriptores continens, uniuersos aequo inconsultius perscriptos et quamuis ex optimo exemplari defluxisse uideantur, haut paucis locis graauiter exulceratos. Ita Auiani carminibus, quae in foliis 78—84 leguntur, fabulae 40, 5 usque ad 41, 14, identidem uersus 2, 6. 4, 2. 9, 18—21. 10, 12. 29, 7. 31, 9—11. 34, 20 uel membrana exeunte uel in media pagina omissi desunt; scripturae uero et inprimis orthographiae genus certissima ratione indicat, in ipsa Sancti Germani cella eiusque discipulorum in usum olim librum hunc exaratum fuisse. Quocirca quisquis criticum meum inspiciet instrumentum, dedita opera cauere debebit, ne an-

Digitized by Google

tiqui fabulatoris manui tribuat quod a scribae recentis potius praua consuetudine profectum esse apparet. Praecedunt in codicis foliis 57—75 *Aurelii Prudentii Clementis* contra Symmachum libri duo, tum deinceps (f. 75—78) Anthologiae carmina tria: '*Tityron ac segetes cecini Maro arma uirumque ...*', et uersus *de Oceano* (*undarum rector ....*) deque *passione Hippolyti martyris*. Auianum ipsum excipiunt hexametri XII *de Herculis laboribus* et peruulgatum illud carmen de monosyllabis '*est et non*'. Titulus autem a saeculi septimi decimi librario quodam inepte adiectus: '*Festi Lavieni Fabulae, editae in collect. vet. epigr.*' *Petri Pithoei* recensionem spectat, qui anno 1590 Auiani fabellas Veteribus suis Epigrammatis inserturus et hoc libro et Colbertino 1512 usus fuerat. Codex *C* Parisiacus 5570 est (olim eiusdem Colberti 5254, deinde regius 4427) membranaceus formae quadratae, qui et ipse conplurium poetarum lacinias ex parte antiquitus partim nouissime scriptas in eadem conpage inclusas tenet. Auiani textum (fol. 53^{b}—63^{a}) duo librarii non magno tamen temporis interstitio exarabant, qua de causa utriusque neque operis ratio neque manus diuersae adtentius discriminarentur necesse uisum est. Eorum prior uersus subobscuros interpretamentis aliquot explanauit, quae cui nobis emolumento sint, delectus infra paratus facile ostendet:

Digitized by Google

[Praefatio:] *de oratione* de prosa
elegi sum (ita corrector). 'Elegi' aduerbialiter dictum est de elegiaco carmine; et si *elegis* legeris, similiter in elegiacis carminibus
animis sine uerbo
7, 9 *referis* pro refers
15 *notari* decipi
2, 2 *constituisset humi* eleuasset ex humo
5 *sibimet* sc. esse
5, 1 *iuuari* delectari
6, 4 *miseras* infirmas
6 *continuare* perpetuare
7, 1 *innatum* inmissum
8, 4 Fortuna uersat rotam uolubili uel instabili cardine et gaudet mutare assidue infima summis et summa infimis. Et haec aput ueteres dicebatur dea euentus. Ponit autem et hic *rotam* pro ipsa Fortuna
10, 7 *galero* id est galomauco [*lege* camelauco], id est cufia [*la coiffe*]
11, 13 *conferat* simul portet
14, 5 *ad iurgia* ad placita
22, 5 *scrutatus* pro scrutaturus

Alter econtra librarius in fabularum ordinatione aliquantisper ab usu recessit, incuria ut opinor magis quam consulto suoque iure, ut ne id quidem longius persequi uellem. Codicem *A* olim ab *Iosepho* quoque *Scaligero* inspectum fuisse simile ueri est, quippe qui ex isto Vergilii uitam, a Foca grammatico conscriptam, anno 1573 primus publicauit; tres deinde libros meos Parisiacos *Arnoldus Drakenborchius* tractabat, cuius excerpta parca maximamque partem

Digitized by Google

uel falsa uel nimis inter se permista et confusa in libro *Henrici Cannegieteri* deprehenduntur. Equidem universam scripturae discrepantiam eamque sic ut non soleat accuratius exscripsi. Accedit praeterea paruum illud sed praestans fragmentum *K* quod, e duabus solummodo saeculi noni formaeque quadratae membranis conpositum (fab. 34, 8—40, 9), Karoliruhae in bybliotheca aulica numero 85 notatum exstat cuiusque ipse ego paucis abhinc annis in Philologi Leutschiani tomo XIIII p. 387 mentionem feci. Iam uero si adparatus huiusce uim atque ordinem exquisitiore iudicio ponderari quis hortetur, duos quidem libros ineunte saeculo nono, reliquos medio exeunteque perscriptos esse adfirmauerim, ut haec fere eorum series: ΑΚΡC fuisse existimanda sit. Quod *παλαιογραφικῆς* disciplinae artificiis inuentum reapse atque mirum in modum cum ceteris codicum uel uirtutibus uel uitiis congruit.

Transeo ad deterioris notae libros, praefatione destitutos, supplementis nouiciis abundantes, quorum opem aequo fortasse rarius, aliquotiens tamen non sine fructu adhibui, sicut uindemiatorem, cui uuarum messis parum subpetit, non numquam uel ad labruscas descendere iuuat. Horum in numero primum *Claudii Puteani* codicem pono (hodie Parisiacum 8048 saeculi XIII extremi), quem recentior aliqua manus tot locis emendauit tantaque liberali-

Digitized by Google

tate commentario et interpretamentis instruxit, ut iam nihil spatii in marginibus uacet. Deinde Parisiacum 8302 (Colberti 6260, regium 6456 saeculi XIIII), formatum identidem ex libellis multis uariique precii in unum corpus conpactis consului et littera *D* signaui, utpote cui in membrana 58ª *Petri Danielis* ('*Aurelii* 1565') autographum inscriptum legitur. Auiani uero carmina is quidem non nisi XXVII priora conprehendit, quae ipsa res eum a Cannegieteri 'Colbertino tertio' diuersum non esse manifestare queat. Paucissima tantum repetii ex codice *Lunensi* (seruato olim in coenobio *Lüne*, hodie Parisiaco 844 suppl. lat. cum inscriptione '*die* 11 *Ianuarii* 1813 *Hamburgo in Bibliothecam illatus*'), cartaceo et saeculo XV in Germania ab *Renaldo Nigenholt* (uide fol. 169) exarato, cuius libri integram fere scripturae discrepantiam *Fridericus Huelsemann* in commentatione sua 'de codice fabularum Auiani Lunensi nunc primum collato' (Gottingae 1807) male quidem recognitam sed, ut in re nihil profutura, commode satis proposuit. Inferioris adeo ponderis auctoritatisque uisi sunt libri *Campensis*, scriptus anno 1339, quem *Ioannes Adolfus Nodellius* (Amstelodami 1787) unicum in promptu habuit, et *Palatinus* ab *Isaaco Nicolao Neueleto* 1610 Heidelbergae tractatus: uterque sci-

Digitized by Google

licet ob uersiculos insiticios non minus quam mira scripturae prauitate prorsus reiectaneus.

Saepius aliquanto *Ioannis Cabeljauii*, presbyteri ut uidetur danici, codex uetustissimus opem adferebat qui, quantum ex uestigiis parcis iisdemque summa cum incuria enotatis iudicari potest, omnium proxime ad Auiani ipsius tempora accessit. Cabeljauii schedae (de libro enim illo, ubi fuerit uel adhuc lateat, nihil accepimus) ex bybliotheca Gudiana ad Io. Alb. Fabricium indeque ad *Henricum Cannegieterum* uenerant, qui, recensione sua iamiam absoluta, nouum adparatus critici incrementum in Doruillii Miscellaneis Nouis anni 1734 (mensibus Martio p. 293—312 et Iulio p. 33—46) iuris publici fecit. At uero cum, id quod non potest molestius ferebam, excerpta sua ita instituisset Cabeljauius, ut tribus locis (VII 9. XVIII 4. XXX 12) ueterem codicem (u. c.) a duobus recentioribus (N nouo et M medio) aperte discriminaret, ipse interpolatos hosce ubique pluris aestimaret, perraro tantum de uera uetusti libri scriptura constat, cuius uitia plurima certe atque inueterata describere omnino ille dedignabatur. Quapropter orthographiae tantum rationi, a prisca inperii romani labascentis rusticitate ad elegantius quoddam loquendi genus redactae deprauataeque, prae ceteris antiquus ille codex opitulatus est; ex uniuersa uero adparatus haut parua

Digitized by Google

farragine exiguum ego delectum habere quam in hac rerum ambiguitate summis infima miscere malui.

De minoribus recensionis meae auxiliis suo loco et pro rei necessitate tractaui. Vt ne quid uel leuissimi momenti desideraretur, interpolata quoque disticha quotquot deprehenderam subiunxi et instrumento suo critico exornaui. In illo *V* littera codicem Sancti Victoris 756 (membran. saeculi XIII 4°) significat, in cuius foliis 6ª—7ª uersus 'Auiani ueteris' 58, insiticii fere omnes, indeque ad fol. 8ᵇ sententiae aliquot 'Auiani noui' leguntur, qui ubi delitescat adhuc inconpertum est. Librorum typis expressorum unum tantum consului (*Z*) eumque, ut uidetur, omnium principem qui 'uitam Aesopi per Rinucium factam ad reverendissimum Patrem dominum Anthonium tituli sancti Chrysogoni presbiterum Cardinalem', tum Neueleti Anonymum, fabulas aliquot soluta oratione conscriptas, Auianum (in fol. n³—p²), Adelfonsi hortationes conplectitur, annum uero et typographi nomen patriamque reticet. Deinde, id quod in tanta textus corruptela praetermitti non debet, posterioris aeui imitamenta sedulo conquisiui quae, quamuis modesti precii cuicumque obiter inspectanti speciem praebeant, tamen ne quis prouidus parui pendat. Ita, ut *magistri Alexandri Nequam*, canonici Cirecestriensis, carmina initio fortasse saeculi XIII conscripta obli-

Digitized by Google

uiscar, inprimis paraphrastae mei anonymi '*apologos Auiani*' (*Pa*) aestimauerim qui, hucusque inediti, ex codice satis antiquo (nimirum interpolato) descripti erant adeoque in fabulis nimium turbatis singularem non numquam interpretandi rationem adhibent. De paraphrastae ipsius uel uita uel tempore nihil conperi, nisi quod Francogallum eum fuisse ex libri scriptura latinitatisque ingenio (fab. 32 minans = *menant*, 33 auca = *oie*) suspiceris. Peraeque ex saeculi XVI initio *Guilelmi Hermanni* Goudani, S. Augustini ordinis canonici, et *Hadriani Barlandi* professoris Louaniensis παραφράσεις curiosius examinarentur ex re uisum est, quorum hic quattuor fabulas (13. 16. 20. 34) interpretabatur, ille omnes fere omissis quattuor quas ex parte non intellexerat (23. 39. 41. 42), soluta oratione reddebat. Consulto tamen nouissimos eiusmodi scriptores huic ego libro adiungere nolui, et quia post editionem principem (*Argentorati in aedibus Schurerianis, mense Decembri* MDXV 4° excussam) sexiens deinceps repetitae sunt, et quod meo arbitratu homines illi docti membranarum ope iam usi non erant. *Erasmi Roterodami* duas imitationes (carminum 29 et 40) ea de causa segregaui quod in Chiliadibus cuiuis praesto sunt. Postremum uero in fabulis a *Sebastiano Brantio* (*Basileae* 1501 'opera et impensa magistri Jacobi

Digitized by Google

de Pfortzheim[2]) editis antiquas tres tantum (10. 21. 33 in foliis D[5] B[4] F[2]) inueni easque ita transformatas ut nullus plane inde fructus redundaret.

Superest ut in Auiani prima hac recensione critica quantum ab istis didicerim, qui ante me fabulatoris rusticissimi (quinti enim saeculi tam est quam potest) carminibus recognoscendis operam dederunt, paucis indicem. Quorum pars cum de fabularum aetate nimis in disceptatione uersaretur, de codicum precio omnes aperte errarent, pauci tantum hic illic frugi aliquid proferebant, plurimi uero hariolantium magis quam meditate agentium coniectaneas textui inculcabant. Ex horum numero, ut par est, unum equidem *Carolum Lachmannum*, hominem peringeniosissimum, excipio qui, quamuis membranarum opera paene destitutus, multis tamen in locis uerum mirabiliter diuinauit itaque et huic fabulatori quam ubique solebat lucem adtulit. Aliquotiens minus recte iudicauit, quod uersus ulcusculo aliquo laborantes tanquam insiticios seclusit; at uero sic, quandocumque errabat, hoc ipso errandi genere plus profecit quam qui ante eum superbiores usque quaque uera se sensisse gloriati erant.

Dabam Parisiis XII die mensis Septembris CIↃ.IↃ.CCC.LXI.

Digitized by Google

AVIANI

FABVLAE ·XXXXII·

AD THEODOSIVM

Digitized by Google

Digitized by Google

AVIANI
FABVLAE XXXXII
AD THEODOSIVM.

DVBITANTI MIHI, THEODOSI OPTIME, QVOI 4
nam litterarum titulo nostri nominis memoriam mandaremus, fabularum textus obcurrit, quod in his urbane concepta falsitas deceat et non incumbat necessitas ueritatis. nam quis tecum de ora- 8
tione, quis de poemate loqueretur? cum in utroque

1—3 *Indicem* AVIANI FABVLAE XXXXII AD THEODOSIVM *ex epistolae locis duobus* (*u.* 4. 20) *conposui.* Rufi Festi Avieni ad Theodosium Aesopicae fabulae XLII *Pithoeus.* INCipiVNT FABVLAE (*tum quattuor fere litterarum spatium, in quo tamen scripturae nullum uestigium est*) AVIANI POETAE; EPISTOLA EIVSDĒ AD THEODOSIV̄ *C.*

4 Dubitandi *P.* quoinam *F* [= *Froehner*]. quonam *C.* quomodo *P.* 5 nostra nomina memoriae *L* [= *Lachmann*]. mandarem *Lachmanni antiquissimus a prima manu.* 6 occurrunt *P.* 7 doceat *Cabeljauii codices, Neueletus.* 8 seueritatis *Lachmannus qui quae sequuntur usque ad uerba* et latinitate Romanos *uncis inclusit.*

Digitized by Google

litterarum genere et Atticos graeca eruditione supe-
res et latinitate Romanos. Huius ergo materiae du-
12 cem nobis Aesopum noueris, qui responso delphici
Apollinis monitus ridicula orsus est, ut sequenda fir-
maret. uerum has pro exemplo fabulas et Socrates di-
uinis sermonibus indidit et poemati suo Flaccus ap-
16 tauit, quod in se sub iocorum conmunium specie uitae
argumenta contineant. quas graecis iambis Babrius
repetens in duo uolumina coartauit. Phaedrus etiam
partem aliquam quinque in libellos resoluit. de his
20 ego ad quadraginta et duas in unum redactas fabu-
las dedi quas, rudi latinitate conpositas, elegis sum
explicare conatus. Habes ergo opus quo animum
oblectes, ingenium exerceas, sollicitudinem leues
24 totumque uiuendi ordinem cautus aggnoscas. loqui

---

11 matheriae *P*. 13 apolinis munitus *P*. (*ut mox* agnuscas; 5, 17 ignotus; 9, 7 robura; 16, 13 rapidus ... uentus; 16, 17 robura; 18, 13 animus; 21, 5 nius; 22, 15 extinctus; 23, 2 precium; 28, 6 prumcior; 29, 5 custus; 29, 9 gelidus; 32, 7 iuuencus; 32, 10 superus; 34, 9 nimbus; 39, 16 malum). 13 sequenda *L*. legenda *libri*. 14 as *P*. 15 sermonibus *F*. operibus *libri*. oraculis *L*. Flaaus *P*. 16 comnium *P*. 17 brahius ii *P*. 18 Phaedrus etiam *hoc loco codex A* (*Parisiacus* 8093) *incipit*. Phoedus *P*. 19 parte *P*. 20 ergo *AC*. ad xLu *P*. *Verba* fabulas ... conpositas *L ut insiticia seclusit*. 21 lanitate *P*. elegi sum *P*. 23 ablactes *P*. sollicitudines *P*. 24 totum qui *et mox* agnuscas *P*. aggnoscas *u. c. Cabeljauii*. *Verba* loqui ... proferatur *Lachmannus spuria habuit*.

Digitized by Google

uero arbores, feras cum hominibus gemere, uerbis certare uolucres, animalia ridere fecimus, ut pro singulorum necessitatibus uel ab ipsis inanimis sententia proferatur. 28

---

25 ferasque *C*. 27 singularum *P* (*ut* 15, 5 multimoda; 16, 19 dictâ; 19, 1 dumas; 38, 2 abibat). animis *libri*. inanimis *Pithoeus et Barthius aduersar*. XIX 24. exanimis *Neueletus*. animi *Cannegieterus*. 28 proferratur *P*. EXSC̃ P̃FATIO *A*.

Digitized by Google

I.

Rustica deflentem paruom iurgauerat olim,
ni taceat, rabido quod foret esca lupo.
credulus hanc uocem lupus audiit, et manet ipsas
peruegil ante foris, inrita uota gerens: 4
nam lassata puer nimiae dat membra quieti,
spem quoque raptoris sustulit inde fami.
hunc ubi siluarum repetentem lustra suarum
ieiunum coniunx sensit adesse lupa: 8

I. DE NVTRICE ET INFANTE *C*. *In A tituli spatium uacat. P indicibus caret.* 1 defluentem *P*. paruum *A* (*sup. lin.* puerum) *PC quod intactum reliqui, cf.* 25, 9: 34, 15. deflenti paruo *Puteaneus et Palatinus.* puero *edit. antiquae.* deleri puerum *L*. iurgauerat *F* (*uide u.* 14). iurauerat *libri* (*eodem modo infra in P leguntur:* 15, 7 temina; 19, 2 iuria). 2 rapido *A a prima manu.* 4 peruegil et foris *uetus Cabeljauii.* 5 lasata *P*. menbra *C*. 6 raptoris ... fami *Wopkensius.* famis *P*. fames *AC*. 8 coniux *P*. 9 qur *u. c. Cabeljauii.* inquid *P* (*infra:* 3, 9 inquid Rectaque; 6, 11 inquid medicamina; 26, 3 inquid praeruptis; 26, 7 inquid Securam; 36, 3 inquid longaeuo — *contra* inquit *sexiens occurrit* 8, 13. 11, 11. 16, 13. 20, 15. 39, 9. 42, 7). nulla *P*. praefers (= prae te fers) *F*. referes *A*. referres demo *P*. referis *C*. defers *Pu-*

Digitized by Google

'qur' inquid 'nullam praefers de more rapinam?
  languida consumptis set trahis ora genis?'
'ne mireris' ait 'deceptum fraude maligna
  uix miserum uacua delituisse fuga: 12
nam quae praeda, procax, quae spes contingere posset,
  iurgia nutricis cum mihi uerba darent?'
[haec sibi dicta putet seque hac sciat arte notari,
  femineam quisquis credidit esse fidem.] 16

II.

Pinnatis auibus quondam testudo loquuta est:
  si quis eam uolucrum constituisset humi,
protenus e rubris conchas proferret harenis,
  quis precium nitido cortice baca daret; 4
indignans sibimet, tardo quod sedula gressu
  nil ageret toto proficeretque die.

---

teaneus. referens *L.* 10 distrahis *L.* 11 maligna *A.* maligne *P.* 12 uixit *P.* dilituisse *A a prima manu.* gula *L.* 13 Non *A a prima manu.* quia *P.* procax *F* (*malim* rogax). rogas *libri.* namque rogas praedam *Puteaneus et paraphrastes.* 14 lurgia *P.* *Versus* 14. 15 *Lachmannus uncis circumscripsit.*

II. DE TESTVDINE ET AQVILA *AC.* pinnatis *P et Cabeljauii uetus.* est *omisit L.* locauit *Cannegieterus p.* 299. 2 uolucrum *A a prima manu C.* uolucrem *A corr. P.* destituisset *Puteaneus.* constituisset, ait *L.* humo *Guietus.* 3 concas *PC.* auferret *L.* 4 bacca *A.* 5 indignans *A a secunda manu Puteaneus.* indignum *A a prima manu PC.* sedulea *P.* 6 *deest in P.* perfi-

Digitized by Google

ast ubi promissis aquilam fallacibus inplet,
experta est similem perfida lingua fidem; 8
et male mercatis dum quaerit sidera pinnis,
occidit infelix alitis ungue fero.
tum quoque sublimis, cum iam moreretur, in auras
ingemuit: uotis haec licuisse suis. 12
[nam dedit exosae post haec documenta quieti
non sine supremo magna labore peti.
sic quicumque noua sublatus laude tumescit,
dat merito poenas, dum meliora cupit.] 16

III.

Curua retro cedens dum fert uestigia cancer,
hispida saxosis terga relaesit aquis.
hunc genetrix facili cupiens procedere gressu
talibus adloquiis praemonuisse datur: 4

---

ceretque *AC.* proficeretque *D Puteaneus* (*uide* 21, 8). 5. 6 *Lachmannus spurios habuit.* 9 En male (*uide* 34, 17) *codex Cabeljauii.* sidere *A a prima manu.* pinnis *P.* 10 decidit *Neueletus ex editione antiqua.* ungui *APC.* ferro *P.* ferae *cod. Cabeljauii.* 11 sublimes *P C sup. lin. D.* in auris *editio Bataua.* 12 lucuisse *P.* 13 atque ait: exosae (*uel* exosus) *Cannegieter.* quietis (*littera* s *rasa*) *A.* quietis *ceteri.* 15 sublatis *P.* tumscit *P.*

III. DE CANCRO *A.* DE ... LVI ..... AE (?) FILIO *C.* 1 cum *libri mei omnes.* 2 relisit *AC.* 3 genitrix *AC.* praecedere gresso *A.* gressum *P.* 4 alloquiis *AC.*

Digitized by Google

'ne tibi transuerso placeant haec deuia, nate,
rursus in obliquos neue tuere pedes,
sed nisu contenta ferens uestigia recto
innocuos proso tramite siste gradus.' 8
cui natus: 'faciam, si me praecesseris' inquid,
'rectaque monstrantem certior ipse sequar.'
[nam stultum nimis est, quom tu prauissima temptes,
alterius censor ut uitiosa notes.] 12

IIII.

Inmitis Boreas placidus citharistaque Phoebus
iurgia cum magno conseruere ioco,
quis prior inceptum peragat. mediumque per aruom
carpebat solitum forte uiator iter. 4
conuenit hanc potius litei praefigere causam,
pallia nudato dequtienda uiro.

---

5 hac *P.* 6 neue tuere *F.* neu uelis ire *libri.* ne uelis *C.* nec *codex Cabeljauii.* ne iuuet ire *Withofius.* *Versus* 6. 7 *Lachmannus uncis inclusit.* 8 pro se *C.* 12 cens *P.*

IIII. DE VENTO ET SOLE *A.* 1 pladus *P.* citharistaque *F.* ad sidera *libri omnes* (inter sidera *glossa Put.*). ad cetera *L.* 2 ioco *L.* ioue *libri* (*cf.* 37, 2). *In P uersus deest.* 3 pergat *A a prima manu.* medium per *P.* orbem *libri.* aruum *C a prima manu.* agrum *Wopkensius.* 5 lita *A a prima manu* (litē *corr. supra lin.*). 6 nudat decucienda *P.*

Digitized by Google

protenus inpulsus uentis circum tonat aether,
et gelidus nimias depluit imber aquas: 8
ille magis duplicem lateri circum dat amictum,
turbida submotos quod trahit aura sinus.
set tenuès radios paulatim increscere Phoebus
iusserat, ut nimio surgeret igne iubar, 12
donec lassa uolens requiescere membra uiator
deposita fessus ueste sederet humi.
tunc uictor docuit praesentia numina Titan,
nullum praemissis uincere posse minis. 16

V.

[Metiri se quemque decet propriisque iuuari
laudibus, alterius nec bona ferre sibi,
ne detracta grauem faciant miracula risum,
coeperit in solis cum remanere malis.] 4
Exuuias asinus gaetuli forte leonis
repperit et spoliis induit ora nouis,

---

7 inpulsus *A a secunda manu C Puteaneus* (*uide* 41, 1). inpulsis *AP*. aeter *P*. inpulsam uentus c. t. aethram *L*. 9 lateri duplicem *C*. 10 summotis *P*. qua *codd. Cabeljauii et Pulmanni*. 12 spargeret *Wopkenstus* (*sicut* 15, 8). 14 siposita *P*. resedit *D*. humo *Cabeljauii cod*. 16 nullam *P*. nimis *P*.

V. DE ASINO *A*. DE ASINO PELLE LEONIS INDVTA *C*. *Versus* 9—12, 15. 16 *Lachmannus seclusit*. 2 fere *P*. 3 nec *C*. 4 in solis *APC*. in solitis *libri typis expressi aliquot*. remeare *Pulmanniani duo*. 5 exubias *P*. getuli *A*. defuncti *P*. 7 aptauit suis *P*. menbris

Digitized by Google

aptauitque suis incongrua tegmina membris,
et miserum tanto pressit honore kaput. 8
ast ubi terribilis iam asino circum stetit horror,
pigraque praesumptus uenit in ossa uigor,
mitibus ille feris conmunia pabula calcans
turbabat pauidas per sua rura boues. 12
rusticus hunc magna postquam deprendit ab aure,
conreptum uinclis uerberibusque domat.
et simul abstracto denudans corpora tergo,
increpat his miserum uocibus ille pecus: 16
'forsitan ignotos imitato murmure fallas;
ast mihi, qui condam, semper asellus eris.'

VI.

Edita gurgitibus limoque inmersa profundo
et luteis tantum semper amica uadis

AC. 8 onere *P*. kapud (*sic ubique*) *u. c. Cabeljauii*. 9 iam asino *F*. animo *libri*. mimo *Cannegieterus*. circumstitit *Cannegieterus codicem Cortianum I secutus*. 12 turbebat *A a prima manu*. sua lustra *Palatinus cum duobus Pulmanni libris* (*uide* 17, 2). 13 deprehendit *AP*. 14 uinculis *P*. baculis (*praestabat* uirgis) *Lachmannus qui et* dolat *scripsit*. 15 abstrato *C*. denubens *Cabeljauius*. corpore *P*. 16 petus *P*. 17 ignotus *P*. imitato murmure *libri antiqui*. mutato mormure *D*. 18 ast *D Put*. condam *paraphrastes*. eras *C*.

VI. DE RANA *A*. 1 olimque *libri*. *Neueletus emendauit*. 2 et lutis *codex Cabeljauii*.

Digitized by Google

ad superos collis herbosaque prata recurrens
mulcebat miseras turgida rana feras, 4
callida quod posset grauibus subcurrere morbis
et uitam ingenio continuare suo.
nec se Paeoni iactat cessisse magistro,
quamuis perpetuos curet in orbe deos. 8
tunc uolpis pecudum ridens astuta quietem,
uerborum uacuam prodidit esse fidem:
'haec dabit aegrotis' inquid 'medicamina membris,
pallida caeruleus cui notat ora color?' 12

VII.

[Haut facile est prauis innatum mentibus ut se
muneribus dignas supplicioue putent.]
Forte canis quoidam, nullis latratibus horrens
nec patulis primum rictibus ora trahens, 4
mollia sed pauidae submittens uerbera caudae,
concitus audaci uolnera dente dabat.

---

3 collis *u. c. Cabeljauii.* calles *Cannegieterus.* pra *P.* 4 turbida *C et libri Cabeljauiani.* 5 quo *libri antiqui.* quod *Puteaneus.* 7 nam se *C.* paeonio *libri. Lachmannus id correxit.* 8 perpetuo *Cannegieterus.* curret *P.* curat *Cabeljauius* (*uide* 26, 11). 9 uul *P.* uolpes *paraphrastes.* arguta *L.* 10 uanam (*uel* uanam hanc) *Cannegieterus.* perdidit *P.* menbris *C.*

VII. DE CANE *A.* 1 haud *AC.* 2 uerberibu *Withofius* (*malim* uolneribus .... supplicioque, *at interpolator uersum* 16 *non intellexerat*). supplicione *P.* 3 quondam *libri. Lachmannus emendauit.* 4 rectibus

Digitized by Google

hunc dominus, ne quem probitas simulata lateret,
iusserat in rabido gutture ferre notam: 8
faucibus innexis crepitantia subligat aera,
quae facili motu signa cauenda darent.
haec tamen ille sibi credebat praemia ferri,
et similem turbam despiciebat ouans. 12
tunc insultantem senior de plebe superbum
adgreditur tali paucula uoce monens:
'infelix, quae tanta rapit dementia sensum,
munera pro meritis si cupis ista dari? 16
non hoc uirtutis decus ostentatur in aere,
nequitiae testem sed geris inde sonum.'

VIII.

[Contentum propriis sapientem uiuere rebus
nec cupere alterius, nostra fabella monet:

A. ratibus *C.* 5. sumite *A.* sūmittens *C.* 6 uolnera *A a prima manu.* 7 probitas *omisit P.* 8 rapido guture *P.* nolam *AC.* mollam *P.* notam *Lunensis.* 9 uocibus (= focibus) *uetus codex Cabeljauii.* 11 ferre *P.* 12 dispiciebat ov *P.* 14 aggreditur *A.* paucula *F.* singula *libri.* mouens *Puteaneus.* sibila uoce mouens *L.* 16 si cupis ista dari *libri. Num* si capis ista ab ero? *at confer* 14, 12. 24, 12. sic *Neueletus.* qui cupis ista dare *Cabeljauius.* 15. 16 *Lachmannus seclusit.* 17 ostendatur *P.* 18 nequities *uel* nequitii *Cabeljauii codd.* nequitie sedem *cod. Scrauegii.*

VIII. DE CAMELO *A.* 1 contendum *P.* 2 ne *A.* nostra fabella *C a prima manu, tum* fabula nostra

Digitized by Google

'magna quidem monuit, tamen haec quoque maxima iussit,
quae misero semper sint facienda mihi:
ne facile alterius repetas consortia, dixit,
rursus ab insana ne capiare fera.' 24

X.

Caluus eques kapiti solitus religare capillos
atque alias nudo uertice ferre comas,
ad Campum nitidis uenit conspectus in armis
et facilem frenis flectere coepit equom. 4
huius ab aduorso Boreae spiramina perflant
ridiculum populo conspiciente kaput:
nam mox deiecto nituit frons nuda galero,
discolor adposita quae fuit ante coma. 8
ille sagax, tantis quod risus milibus esset,
distulit admota calliditate iocum,
'quid mirum' referens 'positos fugisse capillos,
quem prius aequaeuae deseruere comae?' 12

---

21 multa *D.* maxime *A a secunda manu C.* maxime iussum *Palatinus.* 21. 22 *Lachmannus uncis inclusit.* 22 qui *P.* sint *F.* sunt *libri.*

X. DE CALVO EQVITE *A.* DE CALVO *C.* 1 religasse *P.* 3 conspectus uenit *A.* 4 facile *P.* aequum *P.* 5 Huis *P.* aduorso *Cabeljauius.* prestant *libri mei omnes.* 7 dilecto *P.* 9. 10 *Cannegieterus olim spurios habuit, postea (in Miscellaneis Nouis* 1734 *pag.* 303) *probauit.* 9 sax *P.* 10 dispulit *L.* amota *C.* 11 positos referens *libri recentiores.* appositos *Nicol. Heinsius* (*ad Ouidii Heroid.* 9, 60). 12 *deest in P.*

Digitized by Google

XI.

Ecripiens geminas ripeis cedentibus ollas
  insanis pariter flumen agebat aquis.
sed diuersa duas ars et natura creauit:
  aere prior fusa est, altera fincta luto. 4
dispar erat fragili et solidae concordia motus,
  incertumque uagus amnis habebat iter.
ne tamen elisam confringeret aerea testam,
  iurabat sociam longius ire uiam. 8
illa timens ne quid leuibus grauiora nocerent,
  et quia nulla breui est cum meliore fides,
'quamuis securam uerbis me feceris' inquid,
  'non timor ex animo dequtiendus erit: 12
nam me siue tibi, seu te mihi conferat unda,
  semper ero ambobus subruta sola modis.'

XII.

Rusticus inpresso molitus uomere terram
  thensaurum sulcis prosiluisse uidet.

XI. *In A titulus paene euanidus est.* DE OLLIS *C.* 1 exripiens *A a prima manu.* ripes censtibus olla *P.* 3 tuos *P.* 4 pior *P.* fincta *u. c. Cabeljauii.* 5. 6 *Lachmannus sectusit.* 5 dispar *libri, ut* 23, 8. solido *PC.* motu (s *erasa*) *C.* 7 aera testa *P.* 8 solitam *libri.* sociam *Neueletus.* 12 decuendi *P.* discutiendus *Puteaneus.* 13 conterat *Cabeljauius.* 14 subdita sola malis *libri* (subdit *P*). *L correxit.*

XII. DE INVENTO THESAVRO *A.* DE THESAVRO *C.* 1 molitus suomereteram *P.* 2 thensauram *A, ut uidetur, a prima manu.*

Digitized by Google

mox indigna animo properante reliquit aratra,
semina conpellens ad meliora boues. 4
continuo subplex Telluri construit aras,
quae sibi depositas sponte dedisset opeis.
hunc Fortuna nouis gaudentem prouida rebus
admonuit, dignam se quoque ture docens: 8
'nunc inuenta meis non prodis munera templis,
atque alios mauis participare deos:
sed cum subrepto fueris tristissimus auro,
me primam lacrimis sollicitabis inops.' 12

XIII.

Inmensum taurus fugeret cum forte leonem
tutaque desertis quaereret antra uieis,
speluncam reperit, quam tunc hirsutus habebat
Cinyphii ductor qui gregis esse solet. 4
ast ubi submissa meditantem inrumpere fronte
obuius obliquo terruit ore caper,

---

3 amino *P.* relinquit *A.* 4 gramina *Cannegieterus.* bo ties *P.* 5 telluris instruit *PC a prima manu.* 6 opeis *P.* 8 ammonet *P.* admonet *AC.* indignam ... dolens *libri. L correxit.* 9 prodi *P.* prodest urnula *L.*

XIII. DE TAVRO ET HIRCO *A.* DE HIRCO ET TAVRO *C.* 2 uiis *libri.* iugis *Palat. et Cabeljauius.* 3 speloncam *A.* repetit *P.* 4 cyniphe *A.* ciniphii *P.* cyniphei *C.* solet esse gregis *C.* regis *A a prima manu.* 5 ast *Palatinus.* post *APC.* hunc *Puteaneus.* huc *L.* sūmissa *A.* 6 obhuius *P.* caput *P.* 7 obit *P.* abit *AC.*

Digitized by Google

tristis obit longinqua fugax, de calle loquutus
(nam timor expulsum iurgia ferre uetat): 8
'non te demissis saetosum, putide, barbis,
illum, qui super est insequiturque, tremo:
nam si discedat, noseés, stultissime, quantum
discrepet a tauri uiribus hircus olens.' 12

XIIII.

Iuppiter in toto quondam quaesiuerat orbe,
munera natorum quoi meliora forent.
certatim ad regem currit genus omne ferarum,
permixtumque homini congerit aura pecus, 4
ut nec squamigeri desint ad iurgia pisces,
nec quicquid uolucrum purior aura uehit.
undique mox trepidae ducebant pignera matres,
iudicio tanti disqutienda dei. 8

---

longaque *libri.* longinqua *L.* fugax uale *P.* de ualle *AC.* de calle *L.* locutus *A.* 8 iugia *P.* 9 dimissis *P.* demissum *C corr.* setosum *P.* saetosis *C corr.* 10 insequiturque *paraphrastes, Palatinus et Cabeljauius.* consequiturque *libri antiqui.* 12 discrepat *P.*

XIIII. DE IOVE ET ... NOTIS ANIMALIBVS *A.* DE SIMIA *C.* 2 pignora *Gnietus et Cannegieterus.* quoi *L.* forent *F.* qui ... daret *libri.* 3 genus *om. P.* 4 congerit aura *F* (*cf.* 8, 5). cogitur ire *libri.* inde *Lachmannus qui u.* 5. 6 *spurios iudicauit.* 5 sed nec ... desunt ... uel quicquid *libri.* ut ... desint ... nec *F.* 6 prior *P.* 7 undique mox *F.* inter quos *libri.* pingnera *u. c. Cabeljauii.* 8 iuditio *P.* disqutienda *u e. Cabeljauii.*

Digitized by Google

tunc breuis informem traheret cum simia natum,
ipsum etiam in risum conpulit ire Iouem.
haec tamen ante alios rupit turpissima uocem,
dum generis crimen sic abolere cupit: 12
'Iuppiter hoc norit, maneat uictoria sei quem:
iudicio superest omnibus iste meo.'

XV.

Threiciam uolucrem fertur Iunonius ales
conmuni sociam conripuisse cibo
(namque inter uarias fuerat discordia formas,
magnaque de facili iurgia lite trahunt), 4
quod sibi multimodo fulgerent membra decore,
caeruleam facerent liuida terga gruem:
et simul erectae circum dans tegmina caudae
sparserat arcatum sursus in astra iubar. 8

---

10 inde *L.* illa *Batani.* 11 hanc *libri mei.* haec *libri recentiores non nulli.* rūpit *PC.* 12 genetrix *P.* 13 noscit *P.* se quem *P.* 14 iuditio *P.*

XV. DE GRVE ET PAVONE *AC.* 1 Thraciam *A a secunda manu.* 2 comuni sotiam *P.* conripuisse *F.* continuisse *AC a prima manu.* contenuisse *P.* continuasse *C corr. Put. Pal.* contemerasse *Cannegieterus.* non tolerasse *Withofius.* 3. 4 *Lachmannus spurios habuit.* 3 intum arias *P.* 4 litte *A.* 5 multimoda fulgerant m. decora *P.* menbra *C.* 6 grauem *P.* 7 circumdan temina *P.* 8 arcatum *Barthius.* arcanum *libri* (canum *P*). rursus *libri.* sursus *L.* 9 pinnarum certe ho-

Digitized by Google

illa licet nullo pinnarum certet honore,
his tamen insultans uocibus usa datur:
'quamuis innumerus plumas uariauerit ordo,
mersus humi semper florida terga geris: 12
ast ego deformi sublimis in aera pinna
proxima sideribus numinibusque feror.'

XVI.

Montibus e summis radicitus eruta quercus
decidit insani turbine uicta noti;
quam tumidis subter decurrens alueus undis
suscipit et fluuio praecipitante rapit: 4
uerum ubi diuersis inpellitur ardua ripis,
in fragilis calamos grande residit onus.
tum sic exiguo conectens caespite ramos
miratur liquidis quod stet harundo uadis: 8
se quoque tam uasto necdum consistere trunco,
ast illam tenui cortice ferre minas.
stridula mox blando respondens canna susurro
seque magis tutam debilitate docens: 12

---

norē *P.* 10 is *P.* insulstans *A.* usu *P.* 11 quam *et* uarieuerit *P.* 13 aere pennis *A.* pinna *P.*

XVI. DE QVERCV ET HARVNDINE *A.* DE ROBORE ET CALAMO *C.* 1 radicibus *C.* 2 dicit *P.* nothi *libri.* 3 timidis *C a prima manu.* 4 suscepit *P.* 5 nipis *P.* 6 fragilis *u. c. Cabeljauii.* residit *P.* resedit *AC.* 7 tum *AC.* tunc s. exguo *P.* cepite *P.* 8 arundo *P.* 9 rectum *C.* nec enim *L.* 12 sequi *P.* docet *libri.* docens *L.*

Digitized by Google

ut simul emissos nullus diuelleret error,
rursus et e pastu turba rediret amans. 4
hos quoque conlatis inter se cornibus ingens
dicitur in siluis pertimuisse leo,
nam metus oblatam prohibet temptare rapinam,
et coniuratos horret adire boues, 8
et quamuis audax fatisque immanior esset,
tantorum solus uiribus inpar erat.
protenus adgreditur prauis insistere uerbis,
conlisum cupiens dissociare pecus. 12
sic postquam dictis animos disiunxit acerbis,
inuasit miserum diripuitque gregem.
tunc quidam ex illis 'uitam seruare quietam
qui cupiet, nostra discere morte potest; 16
ueue cito admotas uerbis fallacibus aures
inpleat, ut ueterem deserat inde fidem.'

XVIIII.

Horrentes dumos abies pulcerrima risit,
cum facerent formae iurgia magna suae,

---

3 deuelleret *A*. 4 ouans *uetus codex Cabeljauii*. 6 pertinuisse *P*. *Versus* 7—10. 15—18 *Lachmanno spurii*. 7 nam *F*. dum *libri*. 9 sed *libri mei et Cabeljauii codex*. 10 inperaret *P*. 11 aggreditur *C*. praui *P*. 12 dissotiare petus *P*. 13 sic *libri mei omnes*. animus disiuncxit aceruis *P*. disiungit *A*. 14 inuadit *libri*. inuasit *editores*. 15 tunc *AC*. tūn *P*. quidem *A*. quietiam *P*. seruasse quietem *Cabeljauius*. 16 nostrā *A*. 17 *deest in A*. admotos *P*. 18 aut *PC*. inde *F*. ante *libri*.

XVIIII. DE ABIETE AC DVMIS *A*. 1 du-

Digitized by Google

indignum referens cunctis certamen obiri,
quos meritis nullus consociaret honos: 4
'nam mihi deductum surgens in nubila corpus
uerticis erectas tollit in astra comas,
puppibus et patulis media cum sede locamur,
in me suspensos explicat aura sinus: 8
ast tibi deformem quod dant spineta figuram,
despectum cuncti praeteriere uiri.'
ille refert: 'nunc laeta quidem bona sola fateris
et frueris nostris imperiosa malis: 12
sed cum pulcra minax succidet membra sequuris,
quam uelles spinas tunc habuisse meas!'

XX.

Piscator solitus praedam suspendere saeta
exigui piscis uile trahebat onus.
sed postquam superas captum perduxit ad auras
atque auido fixum uolnus ab ore tulit, 4

---

mas *P.* 2 cum sererent *Cabeljauius* (*uide* 4, 2). iuria *P.* 3. 4 *Lachmannus seclusit.* 3 obiri *F.* haberi *AP.* habere *C.* 4 quod *libri.* consotaret *P.* honor *AC.* 9 ast *A.* a *P.* at *C.* deformen *A.* te deformem cui *paraphrastes.* dent *C.* 10 dispectum *P.* 11 ille est nunc letu *P.* fateri sed *P.* 12 nostris frueris *libri.* frueris nostris *L.* 13 pulcra *C et paraphrastes.* succidit *P.* succidat *C.* sequuris *C.* 14 uellis *P.*

XX. DE PISCATORE ET PISCE *A.* 1 suspentare *P.* deprendere *codex Cortianus I quem secutus est H. Cannegieterus.* 3 ad aureas *P.* 4 audo *P.*

Digitized by Google

'parce, precor' subplex lacrimis ita dixit obortis:
'nam quanta ex nostro corpore dona feres?
nunc me saxosis genetrix fecunda sub antris
fudit et in propriis ludere iussit aquis. 8
tolle minas, tenerumque tuis sine crescere menseis:
haec tibi me rursum litoris ora dabit.
protenus, inmensi depastus caerula ponti,
pinguior ad calamum sponte recurro tuum.' 12
Ille nefas captum referens apsoluere piscem,
difficilis queritur cassibus esse uices:
'non miserûm est' inquid 'praesentem amittere praedam,
stultius et rursum uota futura sequi.' 16

XXI.

Paruola progeniem terrae mandauerat ales,
qua stabat uiridi caespite flaua seges.

---

5 lacrimis supplex *libri recentiores.* abortis *A.* 6 damna (*non* dampna, *ut solent*) *libri. Lachmannus correxit.* feras *P.* 7 genitrix *A.* foetida *P.* 9 tenerumquet ius *P.* menses *P.* 10 mi rorsum *P.* litoras *A.* quadrabis *P.* dabit *C* (i *in rasura*). 11. 12 *L secusit.* 12 ponto *P.* 13 *uerba* captum .... *usque ad* miserum est *Lachmanno spurii uisi sunt.* referrens *P.* apsoluere *u. c. Cabeljauii.* 14 difficilis *P.* cassibus *F.* casibus *libri.* 15 non miserûm *F.* nam miserum *libri.* 16 rursũs *P.*

XXI. DE ALITE ET MESSIONE *A.* DE LVSCINIA *C.* 1 ter se *P.* mundauerat *C.* 2 qui *P.* fla-

Digitized by Google

rusticus hanc fragili cupiens decerpere culmo
  uicinam subplex forte petebat opem, 4
et uox inplumes turbauit credula nidos,
  suaserat et laribus continuare fugam.
cautior hos remeans prohibet discedere mater:
  'nam quid ab externis proficietur?' ait. 8
ille iterum karis operam mandauit amicis,
  at genetrix rursum tutior inde manet.
sed postquam curuas dominum conprendere falces,
  frugibus et ueram sensit adesse manum, 12
'nunc' ait, 'o miseri, dilecta relinquite rura,
  cum spem de propriis uiribus ille petit.'

XXII.

Iuppiter ambiguas hominum praediscere mentes
  ad terras Phoebum misit ab arce poli.
tunc duo diuersis poscebant numina uotis
  (namque alter cupidus, liuidus alter erat), 4

---

idea *P.* 5 et *L.* sed *libri.* haec *Cannegieterus.* implumes *A.* implumest *P.* credita *Withofius.* nius *P.* 7 reuocans *L.* 8 ab extremis *A.* perficietur *P et liber Cabeljauii.* 9. 10 *L seclusit.* ille rerum caris opera *P.* 10 genitrix *A.* 11 comprehendere *A.* conprehendere *P.* 14 quum *A.*

XXII. DE IOVE ET CVPIDO ET INVIDO *A.* DE CVPIDO ET INVIDO *C.* 2 misi *P.* 3 cum duo *L.* 4 inuidus *libri.* liuidus *Withofius.*

Digitized by Google

his quoque se medium Titan, scrutatus utrumque,
optulit et 'precibus Iuppiter aecus' ait
'praestandi facilist: nam quae sperauerit unus,
protenus haec alter congeminata feret.' 8
sed quoi longa iecur nequeat satiare cupido,
distulit amotas in noua dona preces,
spem sibi confidens alieno crescere uoto,
seque ratus solum munera ferre duo. 12
ille ubi captantem socium sua praemia uidit,
subplicium proprii corporis optat ouans:
nam petit extincto se lumine plectat ut uno,
alter ut hoc duplicans uiuat utroque carens. 16
tum sortem sapiens humanam risit Apollo,
inuidiaeque malum rettulit ipse Ioui,
quae, dum prouentis aliorum gaudet inicis,
laetior infelix et sua dampna cupit. 20

---

5 quoque *omisit* **P.** sese *Put.* 6 optulit **C.** ut peteretur ait *libri.* agit *Cannegieterus.* Iuppiter aecus **L.** 7 facilist **F.** facilis *libri.* quaeque rogauerit **C.** 8 congemina **AP.** 9 qui *Lunensis.* nequea saciare **P.** nequiit *Cannegieterus* (*uide* 35, 9). 10 amotas **F.** admotas *libri.* admissas (indultas) *Lachmannus.* damna *libri. Lachmannus correxit.* 13 sotium **P.** 14 supplitium **P.** 15 extinctus ut lumine degeret uno *libri.* extincto sub l. degat ut *Cannegieterus.* extincto se ut l. denotet *Lachmannus.* se l. plectat ut **F.** 17 inhumanam ris **P.** 18 inuidiieque **P.** retulit **PC.** ipse *libri mei omnes.* inde *Nouiomagensis Pulmanni.* 19 quaedam **A.** inicis *uide* 28, 15.

Digitized by Google

XXIII.

Venditor insignem arte ferens de marmore Bacchum
expositum precio fecerat esse deum.
nobilis hunc quidam funesta in sede sepulcri
mercari cupiens conpositurus erat; 4
alter adoratis ut ferret munera templis,
redderet et sacro debita uota loco.
'nunc' ait 'ambiguom facies de mercibus omen
(cum spes in precium munera dispar agit), 8
sei me defunctis, seu malis tradere diuis,
siue decus busti, siue locasse deum.
subdita nempe tibist magni reuerentia Bacchi,
atque eadem retines funera nostra manu.' 12
[conuenit hoc illis, quibus est permissa potestas,
an praestare magis, seu nocuisse uelint.]

XXIII. DE VENDITORE ET MERCATORE *A.* DE BACHO *C.* 1 referens *libri.* arte ferens *L.* bachumi *P.* 2 precium *P.* 3 sepulchri *AP.* 5 at ornatis *L.* numina *libri met.* munera *recentiores.* 7 ambiguum *libri.* ambiguo *L qui uersus* 8. 9 (*et hos quidem cum Guieto*) *seclusit.* omen *omisit P.* 8 dispăr *libri, ut* 11, 5. 9 et me *libri.* sei *F.* seu *cod. Cabeljauii.* 10 siui ... si *P.* siue locasse deum *F.* seu uelis esse *libri.* seu posuisse *Withofius.* deus esse uelis *Lachmannus qui uersus* 7—10 *mercatori, u.* 11. 12 *Baccho tributt.* 11 neque tibi *A.* nequitiae (est *om.*) *P.* namque tibi *C. L correxit.* magni *PC.* nostri *A.* facti *A.* sati *P.* fati *C.* magni r. Bacchi *paraphrastes.*

Digitized by Google

XXIIII.

Certamen longa protractum lite gerebant
uenator quondam nobilis atque leo.
hi cum perpetuom cuperent in iurgia finem,
edita cum signo forte sepulcra uident. 4
illic docta manus flectentem colla leonem
fecerat in gremio procubuisse uiri.
Is calet adfirmans pinctura teste supernum
se fieri: extinctam nam docet esse feram. 8
ille graues oculos ad inania signa retorquens
infremit et rabido pectore uerba dedit:
'inrita te generis subiit fiducia uostri,
artificis testem si cupis esse manum. 12
o si nostra nouom caperet sollertia sensum,
sculperet ut docili pollice saxa leo,
tunc hominem aspiceres expressum marmore magno,
conderet ut rabidis ultima fata genis.' 16

XXIIII. DE VENATORE ET LEONE *A*. 1 protectum *P*. 2 uirtutis quidam *L*. 3 Hii *P*. 4 cum signo *F*. continuo *libri*. sepulchra *AP*. 5 flectere *A*. 6 procubuisser *P*. 7 scilicet *libri*. hic calet *L*. is *F*. pinctura *u. c. Cabeljauii*. sculptura *paraphrastes* (*uide Cannegieterum p.* 146). superbum *libri*. supernum *L*. 9 otii ad *P*. 10 rapido *P*. 11. 12 *Lachmanno*, 7—12 *Guieto spurii uisi sunt*. 11 inritat generis s. fidutia *P*. nostri *Cabeljauius*. 13 quod si *libri*. o si *paraphrastes*. solertia *A*. 14 scalperet *P et Cabeljauius*. police *P*. 15 oppressum murmure *libri* (murmore *P*). expressum *L*. marmore in isto *Cannegieterus*. 16 rapidis *P et Puteaneus*.

Digitized by Google

XXV.

Flens puer extremam putei consedit ad undam,
uana super uacuis rictibus ora trahens.
callidus hunc lacrimis postquam fur uidit obortis,
quaenam tristitiae sit modo causa, rogat. 4
ille sibi abrumptei fingens discrimina funis
hac auri queritur desiluisse cadum.
nec mora, sollicitum traxit manus inproba, amictum
exutus putei protenus ima petit. 8
paruolus, exiguo circum dans pallia collo,
sentibus inmersus delituisse datur.
sed post fallaci suscepta pericula uoto
tristior amissa ueste resedit homo. 12
dicitur his sollers uocem rumpisse querellis
et gemitu summos sollicitasse deos:

XXV. DE PVERO ET FVRE *A.* DE FVRE ET PORV *C.* 1 ad undam *AC.* in undam *P.* ad oram *codex Cortianus III in margine* (*probatum a Cannegietero in Miscellaneis Nouis* 1734 *pag.* 311). ad horam *paraphrastes.* 2 uara *Guietus.* super patulis *L.* 3 hunc calidus l. p. uir *L.* 4 tristiae *P.* 5 abrumptae *u. c.* *Cabeljauii.* fingens *A.* 6 hac *F.* ac *C.* atque *AP.* dissiluisse *AC.* delituisse *Arntzenius cum Cortiano I.* 7 sollicitam *libri.* sollicitum tr. mens *Cannegieterus.* nec mora sollicito: tr. m. inpigra uestem *L.* amictum *F.* mentem *libri.* uestem *Puteaneus.* 10 inmensis *A.* 11 fallacis . . . uoti *libri recentiores.* uotis *P.* 12 tristis ut *Cannegieterus.* homo *F.* humi *libri.* humo *Cabeljauius.* 13 solers *A.* erumpisse *Cabeljauii u. c.* 14 gemitus summos *P.*

Digitized by Google

'perdita, quisquis erit, post haec bona pallia credat,
qui putat in liquidis quod natet urna uadis.' 16

XXVI.

Viderat excelsa pascentem rupe capellam,
comminus esuriens cum leo ferret iter,
et prior 'heus' inquid 'praeruptis ardua saxis
linque nec hirsutis pascua quaere iugis, 4
sed cytisi croceum per prata uirentia florem
et glaucas salices et thyma grata pete.'
illa gemens 'desiste, precor, fallaciter' inquid
'securam placidis instimulare dolis. 8
uera licet moneas, maiora pericula celas;
tu tamen his dictis non facis esse fidem:
nam quamuis rectis constet sententia uerbis,
suspectam hanc rabidus consiliator habet.' 12

XXVII.

Ingentem sitiens cornix aspexerat urnam,
quae minimam fundo contenuisset aquam.

---

15 posthac *PC.* bona *L.* bene *libri.* 16 petat ... quae *L.* natat *C.*

XXVI. DE CAPELLA ET LEONE *A.* DE LEONE ET CAPELLA *C.* 3 purior *P.* inquid *P.* 4 hyrsutis *A.* 5 cythisi *AP.* florent *A.* 6 salicesalices *P.* thima *A.* tyma *P.* 7 ille *et* inquid *P.* 8 instimulare *paraphrastes et Wopkensius.* insimulare *libri.* insinuare *Cabeljauius.* 9. 10 *Lachmannus uncis inclusit.* 9 celas *F.* tollas *libri.* 10 in his *P.* 11 constant *A.* constat *C.* contet sentia *P.* 12 suspecta haec *L.* grauidus *libri.* habes *recentiores.*

Digitized by Google

hanc enisa diu planis ecfundere campis,
scilicet ut nimiam pelleret inde sitim, 4
postquam nulla uiam uirtus dedit, admouet omnes
indignata noua calliditate dolos:
nam breuis inmersis adcrescens sponte lapillis
potandi facilem praebuit unda uiam. 8
uiribus haec docuit quam sit prudentia maior,
quae coeptum uolucri explicuisset opus.

XXVIII.

Vincla recusanti dedignautique iuuenco
aspera mordaci subdere colla iugo
rusticus obliqua subcidens cornua falce,
credidit insanum defremuisse pecus, 4
cautus et inmenso ceruicem innectit aratro
(namque erat hic cornu promptior atque pede),
scilicet ut longus prohiberet uerbera temo,
neue ictus faciles ungula saeua daret. 8

XXVII. DE CORNICE ET VRNA *A.* 1 siens c. asperat *P.* 2 nimiam *P.* contenuisset *P.* 3 hinc *P.* ecfundere *u. c. Cabeljauii.* 5 admonet *P.* 6 dolor *P.* 8 portandi *P.* 9. 10 *Lachmannus spurios iudicauit.* 10 qua *libri.* quae *recentiores aliquot.* uolucri *P.* uolucris *ceteri.* explicuiset *A.*

XXVIII. DE IVVENCO ET ARATORE *A.* DE RVSTICO ET IVVENCO *C.* 1 que *omisit P.* 3 obloquia *A.* 4 infremuisse *C a prima manu.* 5 immensae *P.* 6 prumcior *P* (*intellege:* nimis promptus). namque erat haud cornu *Cannegieterus.* non erat *L.* 7 uerberet (emo *deest*) *P.* 8 deret *P.*

Digitized by Google

sed postquam iratus detractans uincula collo
inmeritam uacua calce fatigat humum,
continuo et uersam pedibus dispergit harenam
quam ferus in domini ora sequentis agat, 12
tum sic informi squalentes puluere crines
disqutiens imo pectore uictus ait:
'nemirum exemplum naturae derat inicae,
qua uinci posset cum ratione nocens.' 16

XXVIIII.

Horrida congestis cum staret bruma pruincis
cunctaque durato stringeret arua gelu,
haesit in aduorsa nimborum mole uiator:
perdita nam prohibet semita ferre gradum. 4
hunc nemorum custos fertur miseratus in antro
exceptum Satyrus continuisse suo.

---

9 sed post *C.* nequicquam *Cannegieterus.* iratus *F.* irato *libri.* inuito *L.* detrectans *P.* 10 uana *L.* 11 et uersam *F.* euersam *libri.* 12 quam in domini aura ferens ora s. a. *L.* 13 tunc hic *L.* qualentes *A.* 15 derat *A a prima manu*, *P.* deerat *A corr. C.* nemirum *et* inicae *u. c. Cabeljauii.* 16 qui *P.* uinci *F.* fieri *libri.* possit *AC.* posses *recentiores.* nocent *A.*

XXVIIII. DE VIATORE ET SATYRO *A.* DE VIATORE ET FAVNO *C.* 1 Horrida (quae horridos facit) *A.* pruinas *P.* 2 uinctaque *codex Vossianus I.* 3 Nesit *P.* meator *cod. Cabeljauii.* 5 custus *P.* cultor *Cannegieterus.*

Digitized by Google

quem simul aspiciens ruris miratur alumnus,
uimque homini tantam prouidus esse pauet: 8
nam gelidos artus uitae ut reuocaret in usum,
adflatas calido fouerat ore manus.
sed cum depulso coepisset frigore laetus
hospitis eximia sedulitate frui, 12
(namque ille, agrestem cupiens ostendere uitam,
siluarum referens optima quaeque dabat,
optulit et calido plenum cratera Lyaeo,
laxet ut infusus frigida membra tepor) 16
ille ubi feruentem labris contingere testam
horruit, algentem russus ab ore iuuat.
opstipuit duplici monstro perterritus hospis,
et pulsum siluis longius ire iubet: 20
'nolo' ait 'ut nostris umquam successerit antris
tam diuersa duo qui simul ora ferat.'

---

7 *deest in* **P.** aspexit *Cannegieterus.* adsidens **L.** alumnis **C.** 8 tanta **P.** prouidus **F.** protinus *libri.* pectoris **L.** 9 gelidus a. uitat **P.** 10 callido **P.** solueret **AC.** soluerat **P.** *Lachmannus correxit.* 12 sed utilitate **P.** 13 iamque **L.** illi **PC** *Puteaneus.* 14 daret **L.** 15 optulit **C.** alreo **P.** 17 illi **P.** testēa **P.** 18 orruit **P.** algenti *libri.* algentem . . . tulit *Neueletus.* algorem . . . tulit *Cannegieterus.* russus **P.** suflat **PC** *Put.* sufflat **A.** ab ore refert *uel* deflat ab ore gelu *Cabeljauiani libri.* alanti . . . gelat **L.** algentem . . . iuuat **F.** 19 obtipuit . . . perterretus **P.** opstupuit *Put.* hospis *u. c. Cabeljauii.* 20 silius **P.** 22 tan **A.** ore gerit *Puteaneus.* ore gerat **L.** qui ferat ore simul *Cabeljauius.*

Digitized by Google

XXX.

Vastantem segetes et pinguia culta ruentem
linquerat abscisa rusticus aure suem,
ut memor accepti referens monimenta doloris
ulterius teneris parceret ille satis. 4
rursus in excerpti deprensus crimine campi
perdidit indultae perfidus auris onus.
nec mora, praedator segeti kaput intulit horrens,
poena sed insigne hoc congeminata facit. 8
tunc domini captum mensis dedit ille superbis,
in uarias epulas plurima frusta secans.
sed cum consumpti dominus cor quaereret apri,
inpatiens fertur quod rapuisse cocus, 12
rusticus hoc iustam uerbo conpescuit iram,
adfirmans stultum non habuisse suem:
'nam qur membrorum demens in dampna redisset
atque uno totiens posset ab hoste capi?' 16

XXX. DE SVE ET ILLIVS DOMINO *A.* DE APRO ET QVOQVO *C.* 1 pingua *P.* 2 linquerat *u. c. Cabeljauii.* 3 aperti *P.* monimenta *AC.* 4 alterius *P.* pasceret *C.* 5 excepti *libri.* excerpti *Vossianus I et Guietus.* exculpti *L.* depressus crimina *P.* 7 praedite *P.* praedictae *AC.* praedator *L.* 8 indignum quod geminata *libri.* congeminata *Puteaneus.* insignem *L.* insigne hoc *F.* 9 tum . . . dedi . . . super his *P.* hunc *Put.* (h *in rasura*). 10 inuentas . . . frustra secant *P.* 12 cor rapuisse *recentiores.* cocus *AP.* coqus *C.* quoque *uetus cod. Cabeljauii.* corripuisse coquum *Wopkensius.* 13 cumpescuit *A.* 15 qur *u. c. Cabeljauii.* men-

Digitized by Google

[haec illos descripta monent, qui saepius ausi
numquam a peccatis abstinuere manus.]

XXXI.

Ingentem fertur mus quondam paruus oberrans
ausus ab exiguo laedere dente bouem:
uerum ubi mordaci confecit uolnera rostro,
tutus in amfractus conditur inde suos. 4
ille licet uasta toruom ceruice minetur,
non tamen iratus quem petat esse uidet.
tunc indignantem iusto sermone fatigans
distulit hostiles calliditate minas: 8
'non quia magna tibi tribuerunt membra parentes,
uiribus ecfectum constituere tuis.
disce tamen breuibus quae sit fiducia rostris,
et facias quicquid paruola turba cupit.' 12

---

brorum *C.* sedisset *C.* 16 ac *C.* – ad hoste *A.* 17 monent *omisit P.* 18 a *F.* abstinure *P.*

XXXI. DE MVRE ET BOVE *A.* DE MVRE ET TAVRO *C.* 2 exguo ledere *P.* 4 inble *A.* 5 torua uastum *P.* 6 uidit *P.* 7 hic (= tunc) *Cannegieterus.* mus hoc sermone *Withofius.* 8 dispulit *L.* ostiles *P.* 9—11 *omisit P in aliud folium transiens.* 9 menbra *C.* 10 ecfectum *u. c. Cabeljauii.* contribuere *L.* 11 monstris *libri.* rostris (*uide u.* 3) *F.* 12 faciat *libri.* facias *paraphrastes.* 11. 12. *spurios iudicabant Cannegieterus et L.*

Digitized by Google

XXXII.

Haerentem luteo sub gurgite rusticus axem
linquerat et nexos ad iuga tarda boues,
frustra dispositis confidens numina uotis
ferre suis rebus, cum resideret, opem, 4
cui rector summis Tirynthius infit ab astris
(iam uocat hunc subplex in sua uota deum):
'perge laborantes stimulis agitare iuuencos,
et manibus pigras disce iuuare rotas. 8
tunc quoque congressum maioraque uiribus ausum
fas superos animis conciliare tuis.
disce tamen pigris non flecti numina uotis,
praesentesque adhibe, cum facis ipse, deos.' 12

XXXIII.

Anser erat quoidam precioso germine feta,
ouaque quae nidis aurea saepe daret.

XXXII. DE ARATORE ET BOBVS *A.* DE PIGRO TYRINTIVM FRVSTRA ORANTE *C.* 2 linquerat *u. c. Cabeljauii. Versus* 3. 4 *Lachmanno spurii uisi sunt.* 3 frustraque *libri* (*in C syllaba* que *rasa est*). depositis *AC.* 5 tiricintius *C.* fit *P.* 6 iam *F.* nam *libri.* 7 iuuencus *P.* 8 tituare rotos *P.* 9 tu quoque *Puteaneus.* tunc te *uel* te quoque *editio Mediolanensis anni* 1785. congressus ... ausus *Cabeljauius qui etiam* fac ... consiliare *proposuit.* 10 superus *P.* 11 prigris *P.* fleti *P.* 12 adhibet um *P.* facis esse *C.*

XXXIII. DE ANSERE *A.* DE ANSERE OVA AVREA PARIENTE *C.* 1 Ansera cuidam *P.* quae-

Digitized by Google

fixerat hanc uolucri legem natura superbae,
ne liceat pariter munera ferre duo. 4
sed dominus, cupidum spectans uanescere uotum,
non tulit exosas in sua lucra moras,
grande ratus precium uolucris de morte referre
quae tam continuo munere diues erat. 8
postquam nuda minax egit per uiscera ferrum
et uacuam solitis fetibus esse uidet,
ingemuit tantae deceptus crimine fraudis:
nam poenam meritis rettulit inde suis. 12
sic qui cuncta deos uno male tempore poscunt,
iustius his etiam uota diurna negant.

XXXIIII.

[Quisquis torpentem passust transisse iuventam
nec timuit uitae prouidus ante mala,
confectus senio, postquam grauis adfuit aetas,
heu frustra alterius saepe rogabit opem.] 4

---

dam *Lunensis*. gemine *P*. 2 ouaque cum uidis *P*. *Versus* 3—6. 13. 14 *Lachmannus seclusit*. 5 spectans *F*. sperans *libri*. spirans *A*. cupidus . . . augescere *Wopkensius*. 7 de mor *P*. referret *A*. 8 quae *libri*. qui *recentiores*. diuers *P*. 10 uidit *P*. 11 deceptū *A*. 12 retulit *PC*. 13 quicumque *P*. 14 uita *P*.

XXXIIII. *In A titulus deest*. DE CYCADA ET FORMICA *C*. 1 quisqui torpente *P*. passust *F*. passus *libri*. transire *Puteaneus*. 2 uita *P*. 3 collectus *libri*. affuit *AC*. fuit *P*. afuit *Cabeljauius*. 4 alterius se *P*. rogabit *libri*. rogauit *Cabeljauius cum recentioribus*.

Digitized by Google

Solibus ereptans hiemei formica labores
distulit et breuibus condidit arte cauis.
uerum ubi candentes suscepit terra pruinas,
aruaque sub rigido delituere gelu, 8
parca nimis tantos non aequans corpore nimbos
in laribus propriis humida grana legit.
decolor hanc precibus subplex alementa rogabat
quae condam querulo ruperat arua sono: 12
se quoque, maturas cum tunderet area messes,
cantibus aestiuos explicuisse dies.
paruola tunc ridens sic est adfata cicadam:
'num uitam pariter continuare dolet? 16
mi quoniam summo substantia parta labore est,
frigoribus mediis otia longa traho:
at tibi saltandi nunc ultima tempora restant,
cantibus est quoniam uita peracta prior.' 20

---

5 ereptans *F.* ereptos *libri.* abreptos *Guietus.* obreptans *Cannegieterus.* erepens *L.* hieme *P.* hiemei *F.* 6 sustulit *Cabeljauius cum recentioribus.* detulit *L.* ante *libri.* arte *F.* casis *Cabeljauius.* 8 dilituere *PK.* 9 parca nimis *F.* pigranimis *K et Barthius.* pigra nimis *ceteri.* tanto *libri* (*C corr.* tantos). aequas *PC* (aequans *C corr.*). nimbus *P.* 8. 9 *L seclusit.* 10 in laribus propriis *L.* in p. l. *libri.* tumida *cod. Milouianus.* 11 decolor *APK.* discolor *A a secunda manu C.* subplex alementa *u. c. Cabeljauii.* 12 qui *P.* condam *AP a prima manu.* 13 maturos *KC a prima manu.* tonderet *A.* erea *A a prima manu.* aurea *P.* 15 affata *libri.* 16 nam *libri.* num *L.* solent *libri.* dolet *F.* pudet *L.* 17 laboret *A.* 19 saltanti *P.* 20 *omisit P.*

Digitized by Google

XXXV.

Fama est quod geminum profundens simia partum
diuidat in uarias pingnera nata uices:
namque unum karo genetrix educit amore,
alterius odiis exsaturata tumet. 4
coeperit ut fetam grauior terrere tumultus,
dissimili natos condicione rapit:
dilectum manibus uel pectore gestat amico,
contemptum dorso suscipiente leuat. 8
sed cum lassatis nequeat consistere plantis,
obpositum fugiens sponte remittit onus.
alter at hirsuto circum dans brachia collo
haeret et inuita cum genetrice fugit. 12
mox quoque dilecti succedit in oscula fratris,
seruatus uetulis unicus heris auis.

XXXV. *In A titulus deest.* DE SIMIAE GEMELLIS *C.* 1 ut geminum una *L*, *cui uersus* 3—6, 13—16 *spurii sunt.* 2 pingnera *Cabeljauii uetus.* 3 raro *Cabeljauius.* caro *libri mei.* genitrix *AC.* educat *K.* ducit *P.* 4 exaturata *C.* exturata *P.* 5 coeperat ut nixam *Cabeljauius.* foetam *APC.* tumultis *C.* 7 gestit *P.* 8 concoeptum *P.* 9 nequiit *editio Batana.* plantis *deest in P.* 10 appositum *Nicolaus Heinsius* (*ad Ouidii Heroidas* 9, 60). figiens *P.* remittit *AC corr.* remisit *PKC a prima manu.* 11 alter *omisit A.* ad *P.* ab *AKC.* circundans *C.* brahia *P.* 12 inuenta *P.* generetrice *P.* genitrice *AC.* 13 succidit *A.* 14 seruitus *A a prima manu.* seruatis *P.* heres *libri.* heris *Heinsius.*

Digitized by Google

sic mox alta neclecta cubant, atque ordine uerso
fors humiles rursus in meliora refert. 16

XXXVI.

Pulcer et intacta uitulus ceruice resultans
scindentem adsidue uiderat arua bouem.
'non pudet heus' inquid 'longaeuo uincula collo
ferre nec expositis otia nosse iugis? 4
cum mihi subiectas pateat discursus in herbas
et nemorum liceat rursus opaca sequi.'
at senior, nullam uerbis conpulsus in iram,
uertebat solitam uomere fessus humum, 8
donec deposito per prata liceret aratro
molliter herboso procubuisse toro.
mox uitulum sacris caelestum respicit aris
admotum cultro comminus ire popae. 12
'hanc tibi tristis' ait 'dedit indulgentia mortem,
expertem nostri quae facit esse iugi.

---

15 mox alta *F.* multos *libri.* neclecte *P.* cubant *F.* iuuant *libri.* ordi *P.* 16 fors *F.* spes *libri.*

XXXVI. DE VITVLO ET BOVE *A.* 1 refulgens *L.* adsidue *K.* assidue *APC.* arbu *P.* 4 nec *omisit P.* expositis *libri.* inpositis *L.* otia ferre *C.* 5 cu mihi *P.* pateant *P.* decursus *L.* 6 sursus *L.* 8 solidam *A.* solida *K.* solitam *P.* *In C uox euanuit.* rursus humum *L.* 9 seposito *L.* 11 sertis *Cannegieterus.* caelestûm *F.* innexum *libri.* 12 popae *K.* (admoto . . . popam *N. Heinsius ad Ouidii metam.* 13, 589). prope *ceteri.* 13 testis *KC.* 15. 16 *Lachmannus seclusit.*

Digitized by Google

proderit ergo graues quamuis perferre labores,
otia quam tenerum mox peritura pati.' 16
[est hominum sors ista, magis felicibus ut mors
sit cita, cum miseros uita diurna regat.]

XXXVII.

Pinguior exhausto canis obcurrisse leoni
fertur et insertis uerba dedisse locis.
'nonne uides duplici tendantur ut ilia tergo
luxorietque toris nobile pectus?' ait. 4
'proximus humanis duco in pastu otia mensis,
conmunem capiens largius ore cibum.'
'Sed quod crassa malum circum dat guttura ferrum?'
'ne custodita fas sit abire domo. 8
at tu magna diu moribundus lustra pererras,
donec se siluis obuia praeda ferat.

---

15 tolerare *L.* 16 ox *P.* pati *omisit P.* 17 sors ita *A.* felicius *K.* morsi Fit *P.* ut sit Mors cita *recentiores.*

XXXVII. DE CANO ET LEONE *A.* DE LEONE ET CANE *C.* 1 exausto *K a prima manu.* 2 insertus *A a prima manu P.* iotis *P* (*cf.* 4, 2). 3 tenduntur *C.* 4 luxorietque *AP.* luxurietque *ceteri* (luxuriatque *Puteaneus*). 5 ducor post otia *libri.* post ostia *Wopkensius.* duco' piger *Cannegieterus.* duco pasta otia *L.* duco in pastu *F.* 6 cummunem *A.* 7 quid *Cannegieterus.* rasa *L.* circundat *C.* gutture *P.* 8 nec *KC.* 9 a te *P.* uasta *cod. Milouianus.* uaga *libri Cabeljauiani:* pererres *P.* 10 fuit *KC.*

Digitized by Google

perge igitur nostris tua subdere colla catenis,
dum liceat faciles promeruisse dapes.' 12
protenus ille grauem gemitu conlectus in iram
atque ferox animi nobile murmur agit.
'uade' ait 'et meritis nodum ceruicibus infer,
conpensentque tuam uincula dira famem. 16
at mea cum uacuis libertas redditur antris,
quamuis ieiunus, quae libet arua peto.
has illeis epulas potius laudare memento,
qui libertatem post posuere gulae.' 20

XXXVIII.

Dulcibus e stagnis fluuio torrente coactus
aequoreas praeceps piscis obibat aquas.
illic squamigerum despectans inprobus agmen
eximium sese nobilitate refert. 4
non tulit expulsum patrio sub gurgite phycis,
uerbaque cum salibus asperiora dedit:

---

11 Perget gitur *P.* nostris *omisit A.* colla tenis *P.* 12 promeruisse *om. P.* 14 murmor *P.* *Versus* 9—14. 17. 18 *Lachmannus uncis inclusit.* 16 famen *A.* 17 reditur *P.* 19 illas *P.* 20 praeposuere *K.*

XXXVIII. DE PISCE ET PHOCA *A.* DE PISCE ET FOCIS *C.* e *omisit P.* est agnis *K.* coactis *KC.* 2 abibat aquis *P.* 3 dispectans *P.* despectus *KC.* 5 explosam patrio se *L.* sub gite *K.* phocis *A.* phoetis *P.* phoecis *KC.* phycis *Cannegieterus.* 6 com *A.*

Digitized by Google

'uana laboratis aufer mendacia dictis,
quaéque refutari te quoque teste queant. 8
nam quis sit potior, populo spectante probabo;
si pariter captos humida lina trahant.
tunc me nobilior magno mercabitur emptor,
te simul aere breui debile uolgus emet.' 12

XXXVIIII.

Vouerat adtritus quondam per praelia miles
omnia subpositis ignibus arma dare,
uel quae uictori moriens sibi turba dedisset,
uel quicquid profugo posset ab hoste capi. 4
interea uotis fors adfuit, et memor arma
coeperat adcenso singula ferre rogo.
tunc lituus rauco deflectens murmure culpam
inmeritum in flammis se docet esse pyrae. 8
'nulla tuos' inquid 'petierunt tela lacertos,
uiribus adfirmes quae tamen acta meis:

---

cum probris *Withofius.* salsis *L.* 7 Una *P.* mendatia *P.* 8 refuturi tu *A.* 9 erit *libri. Lachmannus correxit.* 12 uolgus *paraphrastes.* emit *AP.*

XXXVIIII. DE MILITE ARMA CREMANTE *A.* DE MILITE VETERANO *C.* 1 proelia *PK.* 3 tuba *A.* 4 ab oste *P.* rapi *Cannegieterus.* 5 sors *libri.* fors *Wopkensius* p. 247. 6 iugo *KC.* 7 esse prius *libri.* esse piis *Cannegieterus.* ipse peti *L.* in flammis ... pyrae *F.* 9 nulla inquit tuos *K.* 10 adfirmoes *A.* mens *P.* 11 uentis et cantibus *libri* (sed tant ... entis *K*). uotis *Cabeljauius.* uanis ego *L.* 12 testor

Digitized by Google

set tantum uanis ego cantibus arma coegi,
hoc quoque submisso (testor at astra) sono.' 12
ille resultantem flammis crepitantibus addens
'nunc te maior' ait 'poena dolorque rapit:
nam licet ipse nihil possis temptare nec ausis,
saeuior hoc, alios quod facis esse malos.' 16

XXXX.

Distinctus maculis et pulcro corpore pardus
inter consimiles uitat itare feras,
et quia nulla graues uariarent terga leones,
protenus his miserum credidit esse genus. 4
cetera sordenti dampnans animalia uoltu
solus in exemplum nobilitatis erat.
hunc arguta nouo gaudentem uolpis amictu
conripit et uanas adprobat esse notas: 8
'uade' ait 'et pictae nimium confide iuuentae,
dum mihi consilium pulcrius esse rear.

---

et *libri*. *Lachmannus correxit*. arma *C*. 13 acdens *K*. 14 hoc te *L*. manet *L*. 15 nichil *A*. posse *P*. ausus *libri*. ausis (= auseris) *Wopkensius pag*. 248. 16 facit *C*. malum *P*.

XXXX. DE PARDO ET VVLPE *A*. 2 ibat in ira *A a prima manu KC*. ibat mira *P*. ibat in arua *A corr*. abnuit ire *L*. uitat itare *F*. 3 sed *libri*. et *F*. leonis *P*. 4 reddidit *P*. 5—12 *desunt in P*. 5 clamans *A*. temnens . . . cultu *L*. 9 figurae *Cannegieterus*. 10

Digitized by Google

miror namque magis quos munera mentis adornant,
quam qui corporeis enituere bonis.' 12

XXXXI.

Inpulsus uentis et pressa nube coactus
ruperat hibernis se grauis imber aquis.
quomque per ecfossas stagnaret turbine terras,
expositum campis fictile pressit opus: 4
mobile namque lutum tepidus prius instruit aer,
discat ut admoto rectius igne coqui.
tunc nimbus fragilis perquirit nomina testae.
inmemor illa sui 'amphora dicor' ait: 8
'nam me docta manus rapiente uolumina gyro
molliter obliquom iussit habere latus.'
'hactenus hac' inquid 'liceat constare figura:
nam te subiectam diluet imber aquis.' 12
et simul accepto violentius amne fatiscens
pronior in tenues uicta cucurrit aquas
infelix, quae magna sibi cognomina sumens
ausa erat atratis nubibus ista loqui. 16

---

queat *libri*. rear *F*. 11 miror namque *F* (*uide* 41, 5). miremurque *libri*. 11 munera nostros *C*. 11. 12 *Lachmannus seclusit*.

XXXXI. DE IMBRAE ET FICTILIBVS VASIS *A*. DE OLLA CRVDA A FLVVIO RAPTA *C*. 1—14 *desunt in P*. 3 quoque per fussas *A*. ecfusas *u. c. Cabeljauii*. effusas *C*. effusas *Cannegieterus*. effossas *L*. 4 positum *A*. 9 nunc *libri*. nam *edit. antiquae*. 12 deluet *C*. inber *A*. ait *AC*. 14 teneras *C*. cucurit *A*. 15. 16 *Lachmannus seclusit*. 16 pharetratis *PC*. faretratis *A*.

Digitized by Google

[haec poterunt miseros post haec exempla monere,
subdita nobilibus ut sua fata gemant.]

XXXXII.

Forte lupum melior cursu deluserat aedus,
proxima uicinis dum petit arua casis.
inde fugam recto tendens in moenia cursu
inter lanigeros astitit ille greges. 4
inpiger hunc raptor mediam usque sequutus in urbem
temptat compositis sollicitare dolis:
'nonne uides' inquid 'cunctis ut uictima templis
inmiti aere ruens morte cruentat humum? 8
quod nisi securo ualeas te reddere campo,
hei mihi, uittata tu quoque fronte cades.'

---

foret atris *Wopkensius pag.* 251. erat atratis *F.* 17 posthac *C.* 18 nobilius *C.* facta *P.*

XXXXII. DE LVPO ET HEDO *A.* 1 deluisraet *P.* hedus *A.* aedus *P.* edus *paraphrastes.* 2 terit *Cannegieterus.* cauis *C.* 4 iter laurigeros *P.* laniferos *Cabeljauius.* astitit *AC.* constitit *Puteaneus et Palat.* 5 impinger *A.* mediamque *libri.* mediam usque *F.* sectatus *Guietus.* 6 conpositas *P.* 7 ut *omisit P.* 8 inmittere reuomat *A.* inmitem regimens *P.* immitem redimens *C.* immeritam pecudum *Puteaneus et paraphrastes.* immitem propera *Palatinus.* immeritaque gemens *Nouiomagensis.* inmiti interiens *L.* inmiti aere ruens *F.* cruente thimum *A.* cruentat hymum *P.* cruente dumum *C.* cruentat *Palatinus.* 9 discedere *uel* decedere *libri Cabeljauiani.* 10 heu *C Put.* uitata *P.*

Digitized by Google

ille refert: 'mihi quod metuis, precor, exime curam
et tecum uiles, inprobe, tolle minas: 12
nam sat erit sacrum diuis fudisse cruorem,
quam rabido fauces exsaturare lupo.'
[sic quotiens duplici subeuntur tristia casu,
expedit insignem promeruisse necem.] 16

---

cadis *PC*: 11 mihi quod *L.* quam *libri.* metis *P.* exue *Put.* urā *A.* 13 nam poteris *P.* 14 rapido *P.* exsaciare *P.* exaturare *C.* 15 subtrahitur tristicia casus *P.* EXPLICIT LIBER AVIANI POETAE *C.*

Digitized by Google

EPIMYTHIA INTERPOLATA

[disticha leonina asterisco insignita sunt]

III.

17 Dura minando tu caueas armaueris hostem,
arte ualet uinci qui leuiore modo.

VI.

13 Ne sibimet quisquam de rebus inaniter ullis
quod nequit inponat, fabula nostra monet.

X.

13 Ridiculus cuiquam cum sis, absoluere temet
opposita ueri cum ratione stude.
Se risu quicumque nouo sciat esse retentum,
arte magis studeat quam prohibere minis.

XI.

15 Pauperior caueat sese sociare potenti,
namque fides illist cum parili melior.

III. *Neueletus in prisca editione id deprehendit.*

VI. *Pa.* 14 quas *editiones.* ista fabella monet *libri Cabeljauiani.*

X. 14 ueteri *D.* 15. 16 *Pa.*

XI. 16 illist *F.* illa *Pa.* illi est *V.* conperis est (*corr.* conpar erit) *D.* cum parili est *Cabeljauius.* nam robuis est illi cum meliore fides *Z.*

Digitized by Google

XII.

*13 Non me ridenti, sed uoltu cernere tristi
fas erit, at uacua sint tibi uota tua.
Nam nimis accepto peccat graue quisque talento
si, quod ab hoc sumpsit, inputat hoc alii.

XIII.

13 Dum cupis illatum tibimet persoluere dampnum,
absque tuo dampno docte caueto fore.

XIIII.

*15 Nolo uelis rerum quicquam laudare tuarum,
ni siet alterius ore probata prius.
Sic mos est fatui, quod quicquid fecerit ipse,
uile licet fuerit, conprobat ipse tamen.

XV.

15 Si quadam uirtute nites, ne despice quemquam:
ex alia quadam forsan et ille nitet.

XII. *D.* 13 uoltu sed cernere *Pa.* 14 at *F.* et *libri.* 15 uiuis in *Pa.* in ius *Withofius.* unius *editores.* grauemque *Pa.* 16 quid *Pa.*

XIII. 13 potes (*corr.* cupis) *D.* par soluere *editores.* 14 forte caueto fore (*corr:* fore) *D.* docte *Z.* (*In Pa ultimum hemistichium deest.*)

XIIII. 16 ni sint alt. *D.* ni fuit *V.* nisi sunt *editores.* ni siet *F.* 17 homini *Cabeljauius.* hominis *Z.* 18 maneat *Z.* approbat *Pa. Z.*

XV. *V.* 16 forsitam ille *P.* et ipse nitet *D.*

Digitized by Google

XVII.

19 Cuncta licet soleant animalia bruta timeri,
omnibus est illis plus metuendus homo.
More uolant iaculi clandestina uerba necantis,
nec praecire palam, laederis unde, potes.

XVIIII.

15 Nemo suae carnis nimium laetetur honore,
ne uilis factus post sua fata gemat.
Cum pulcer fueris, deformem spernere noli,
turpia saepe uigent, quando decora cadunt.

XX.

*17 Iudicio plebis non fallit 'habes', sed 'habebis':
plus 'unum hoc tribuo', quam 'tribuenda duo'.
* Incerta pro spe non munera certa relinque,
ne rursus quaeras forte nec inuenias.

XXII.

21 Inuidus ut non sis nec auarus, nostra fabella
edocet, his casibus ne similem subeas.

XVII. 19 timere *D.* 21 *V. Pa. Z.*

XVIIII. *V.* 15 nimio *Z.* 16 damna *Z.* gimat *D.* 17. 18 *Pa.* 18 namque uigent saepe *Z.*

XX. 17. 18 *Pa.* 19 relinquas *Z.* 20 et r. q. f. non i. *Z.*

XXII. *Cannegieterus ex cod. Cortiano III deprompsit.*

Digitized by Google

XXIIII.

17 Ne credas aliquem, docet ista parabola forte,
exemplo uacuo credere uelle tibi.
* Nec pictae tabul[a]e, nec testi credito per se;
nam pellectus eris, si male credideris.
Est homo simplex praecellens omnia bruta,
hi cum in multis sint tamen apta iocis.

XXV.

17 Nemo nimis cupide male res desideret ullas,
ne, dum plus cupiat, perdat et hoc quod habet.

XXVI.

*13 Ne properes blandis cuiusquam credere dictis,
sed si sint fidei, prospice quis monuit.

XXVIII.

*17 Tauro sunt similes prauo quicumque rebelles,
quos nec uerba regunt, uerbera nec reprimunt.
* Vix castigatur cui semita recta negatur;
quod male mens didicit, perdere non poterit.

XXIIII. 17. 18 *Cortianus III.* 19. 20 *prisca editio Neueleto inspecta.* 19 pellectus (= in fraudem inductus) *F.* pelleus *Neueletus.* 21. 22 *cod. Lunensis.*

XXV. *V.* 17 sic res *editores.*

XXVI. *V.* 13 non monet hoc bl. cuiusdam c. uerbis *D.* non citius blandis fallaci credito uerbis *Z.* 14 respice que *D.* quid moneat *Z.*

XXVIII. 17 ad bona quique rebellas *Z.* 20 dicit p. uix *Z.*

Digitized by Google

XXVIIII.

23 Qui bene proloquitur coram, sed post ea praue,
hic inuisus erit, bina quod ora gerat.

XXXI.

13 Cum diues persona breuem maiorue potestas
subdere uult sibimet: si nequit, ira tumet.

XXXVIII.

13 Quisquis ab externis nuper deuenerit oris,
non decet indigenis ut uelit esse prior.

XXXVIIII.

17 Saepe malum postquam fecit quod quisque piauit,
immunis causae et criminis esse cupit.
Non refert an sis . . . . . .
causa mali sola lex ad utrumque facit.

XXVIIII. *V.* 24 erit inuisus *Pa.*

XXXI. *Prisca editio.* 24 desinat esse tumens *Cabeljauius.*

XXXVIII. *Cannegieteri codd. recentiores.*

XXXVIIII. *Prisca editio a Neueleto excerpta.* 18 causae et *F.* causati *Neueletus.* 19. 20 *Corlianus III.*

Digitized by Google

MAGISTRI

ALEXANDRI NEQVAM

CANONICI CIRECESTRIENSIS

NOVVS AVIANVS

Digitized by Google

Paucissima haec 'Noui Auiani' *fragmenta carminibus magistri Alexandri inserta sunt quae in codice Sancti Germani latino* 376 (*saec. XIII fol.* 189—238) *leguntur.* EDÉLESTAND DU MÉRIL *primus ea descripsit et recensuit* (poésies inédites *p.* 260—267).

Digitized by Google

I.

Vincere quos lenis nequit exhortatio, uincit
terror: amor minus est saepe timore potens.
Excessus arcet pueriles poena, timorem
saepius inducunt uerbera, saepe minae. 4
Hinc est quod, prolis lacrimas optans cohibere,
mater eam fertur corripuisse minis.
Natum deinde lupi se faucibus esse daturam
asseruit: mentis impetus iste fuit. 8
Et tamen iratam pietas se fingere nouit;
iram dum simulat, pectore regnat amor.
Stabat in insidiis lupus, aurem dans mulieris
uerbo; spe lusus gaudia uana fouet. 12
Spem praedae certam se iudice concipit, ardens
fauces optatis praeparat ille cibis.

G codex. — *Titulum ipse conposui, cum in codicis fol.* 189u *legatur:* 'Incipit liber Magistri Alexandri canonici Cyrecestrie qui inscribitur laus sapiencie diuine' *et iterum in fol.* 238r 'magister alexander nequam'. — 'Nouum Auianum' *ab eo conscriptum fuisse, iam pridem ex* Baleo (scriptorum illustrium majoris Brytanniae catalogus, cent. III. 86 p. 272. *Vide* Leyserum *p.* 992) *noueramus.* — I 1 nequid *G.*

Digitized by Google

Deliciis sedare famem sitit ille sititor
sanguinis et laetum sperat adesse diem. 16
Festa suo stomacho spondet solempnia laetus,
iam sibi praesentes fingit adesse dapes.
Incipiunt tandem turbari gaudia, longa
spes animum cruciat; spe fugiente, fugit. 20
Spes fallax multos fallit, sors lubrica ludit,
promissis non est semper habenda fides.

II.

1. COPIOSE.

Ausus illicitos punit grauis exitus, alti
ascensus ingens esse ruina solet.
Ambitus est pestis sibi perniciosa, ruinam
ista uexatus peste timere potest. 4
Exiguis rebus indignus ardua tendit
Danus, muneribus cuncta licere putans.
Testudo, cupiens ferri per inane, dolorem
exponit, uerbis talibus orsa, suum: 8
Inuidisse mihi naturam sentio: uires
desunt, nulla fugae spes datur. Ha, quid agam?
Si lateo, latebras manifestat semita squalens;
si moueor, motus segnior esse nequit. 12
Pro clypeo testam fragilem gero, lumina desunt;
tutior haut possum cornibus esse meis.

---

20 se fugiente *G.*

Digitized by Google

Alitis auxilio mihi quod natura negauit
assequar: audaces fors iuuat, astra petam. 16
Reginae uolucrum dabo munera: numina quamuis
sint irata, potest flectere gemma micans.
Vrbes cum uicis campos siluas iuga ualles
flumina prata lacus cernere dulce puto. 20
Cernere tot rerum species cupio ut Iouis ales,
aër tam purus me recreare potest.
Otia degeneres animos languentia reddunt'.
His dictis ales nobilis ima petit. 24
Fit uoti conpos, sublimis in aëra fertur
testudo, terras linquere dulce putat.
Poenituit coepti miseram, gemit aestuat ardet,
ales compressis unguibus artat eam, 28
Expirat, tenues miser euanescit in auras
spiritus. Hinc discas quam sit amanda quies.
Contempnunt plures tranquillam ducere uitam,
ipsa quies miseris esse molesta solet. 32

2. COMPENDIOSE.

Sollicitauit aues testudo: 'munere felix,
si qua meis uotis annuat,' inquit 'erit.
In sublime uehi cupio, ditabo uehentem
gemma, deliciis me recreabo nouis.' 4
A facie terrae mox rapta leuatur in auras,
dulce solum caelis tutius esset ei.

I *copiose*. 16 sors *G*. 21 cupiet Iouis *G*. 27 genuit *G*. II *compendiose*. 1 mirare (*uel* muare) *G*.

Digitized by Google

Vnguibus inclusae fugiendi nulla potestas
est data, sed moriens ultima uerba dedit: 8
'Hunc metuat quisquis suspirat ad ardua finem!
en pereo! pereat exitialis honor!'

3. SUBCINCTE.

Conuenit uolucrem testudo rogans ut in auras
ferret eam, precio uincitur illa dato.
Fertur ad aethereas partes, constricta feroci
ungue dies uitae clausit. amanda quies. 4

III.

Ne uitae cursus uariis amfractibus erret,
ad metam tendens regia strata patet.
Ad certam metam uirtutum linea recta
ducit currentes quos regit una fides. 4
Quosdam retrogradis abducit gressibus error:
quis cancro similes inficietur eos?
Huic pars posterior mutatur in anteriorem,
hic numquam recto tramite carpit iter. 8
Motu conformem reliquis animantibus esse
dulciter hunc matrem saepe rogasse ferunt.
Qui: 'mater, praecede: sequar. Respondeat actus
uerbis. Quo pacto quae reprehendis agis?' 12
Quod docet, exsequitur doctrina fidelis, honesta
multi commendant qui fugienda colunt.

III 11 cui *G*.

Digitized by Google

IIII.

Plus plenis terrore minis quandoque benignus
sermo potest: animos dulcia uerba mouent.
Ausus cum Phoebo Boreas contendere, pauca
asseruit Phoebo, multa licere sibi. 4
Iuppiter indicit Superis discernere legem
qua constaret, utri danda corona foret.
Ergo uiatori chlamydem subducere iussi
certantes, iussis laetus uterque fauet. 8
Effera uentorum rabies mox concutit orbem,
contristans terras horrida saeuit hiemps.
Constricta lateri cingit se ueste uiator
et Boreae cautus irrita uota facit. 12
At Phoebus radiis nubes fugat; orbita solis
ignea, dedignans nube latere, micat.
Aestuat accensus radiis solaribus aether
dat laetum terris laetior aura diem. 16
Impatiens aestus nudat se ueste uiator,
et fessus modica membra quiete fouet.
Viribus ingenium praecellere, cedere uerba
plena minis uerbis dulcibus, ista docent. 20

V.

De facili menti stultae surrepit inanis
gloria, quae miseros praecipitare solet.

IIII 1 terrore (*bis*) nimis *G*. 18 menbra *G*. 20 nimis *G*. V de asino induente pellem leonis *G*.

Digitized by Google

Euehit in praeceps stultos elatio caeca;
mens elata sui uix memor esse potest.
Intumuisse ferunt pro pelle leonis asellum;
quam uix aptarat artubus ille suis,
exuuiis gaudens alienis, arua pererrans,
inuenta dominum terruit arte suum. 8
Quid moror? haut modicus pecudes armenta magistrum
terror uelocem iussit inire fugam.
At tandem dominus fraudem deprendit aselli
nodosoque furens fuste cecidit eum: 12
'exsolues' inquit 'poenam quam promeruisti:
crebra tibi misero sarcina terga premet.'
Est asinus quamuis indutus pelle leonis,
indignus magno quisquis honore tumet. 16

VI.

Dum proprium medicus languorem curat, ab ipso
expecto multo tutior artis opem.
Non me securum medici iactantia reddit;
uix tumidis uerbis est adhibenda fides. 4
Rana lares proprios (caenosas dico paludes)
liquit, prata petens, associata feris.
Quas ut leniret blando sermone, Salerni
in rerum causis se studuisse refert. 8
Imperiis seruire suis herbas lapidesque
asserit et morbos cedere quosque sibi.

VI de rana *G*. 6 liquid *G*.

Digitized by Google

Cui uulpes: 'succurre tibi, succurrere cuiquam
si potes, atque tibi sedula confer opem. 12
Dum tibi caeruleo cutis est infecta colore,
non erit in uerbis spes mihi certa tuis.'
Facta fidem faciunt melius quam uerba: salutem
si conferre potes omnibus, ergo tibi! 16

[Cetera desunt.]

Digitized by Google

ANONYMI

fabula de anu et lupo.

Iurat anus flenti puero ni supprimat iram,
esca lupo dabitur. Stat lupus ante fores.
Sic anus una semel dat promissumque minasque:
promissum sperat hic, timet ille minas. 4
Hic iuramento spem concipit, ille timorem:
hic spe fraudatur, ille timore silet.
Motus cunarum, uox matris, taedia flendi
sopit eum, mulcent somnia, membra grauant. 8
Sic superata puer somno dat lumina; sic est
huius spes eius euacuata metu.
Hic redit illusus, lupa coniux: 'quis tibi' dixit
'defectus praedae? quae tibi causa famis?' 12
Cui lupus: 'illusit fallax me femina iurans
uiscera uisceribus pascere nostra suis.'
Qui falli meruit, exemplo discat in isto,
femineae fidei non adhibere fidem. 16

Wright and *Halliwell*, reliquiae antiquae I 204 (*ex cod. Cantab.* Ms. Dd. XI, 78 fol. 149b). *Du Méril*, poésies inédites p. 262. — *V.* 3 promissum, 5 iuramenti, 7 cunarem, 8 mulcet ... grauat *codex*.

Digitized by Google

APOLOGI AVIANI

Digitized by Google

Apologos hosce ex cod. Parisiaco 347[c] (membranaceo saeculi XIIII fol. 157[a]—159[b]) deprompsi, qui liber, ut ex subscriptione autographa discitur, olim in Karoli Aurelianensium ducis, poetae sui temporis clarissimi, bybliotheca fuerat. Idem Auiani interpretamentum codex Baluzianus 499 (hodie Parisiacus 347[b] membr. eiusdem saeculi, fol. 184[a]— 189[a]) conprehendit, ita tamen ut ex illo, duobus fere decenniis antiquiore, fluxisse uideatur. Fabulas 1. 2 aliquot abhinc annis *Edélestand du Méril* in praeclaro suo libro cui titulus est '*poésies inédites*', pag. 262. 263 (conf. p. 88) publici iuris fecit. Earum prior praeterea aput *M. Robertum* (*fables inédites*, Parisiis 1825 tomo I p. LXXVIII) legitur, qui *Karoli* subscriptionem annique 1440, quo is post quinque lustrorum captiuitatem ab Anglis redemptus erat, notam bis positam in tabula lithographi arte expressa post p. 94 inseruit (uide praeterea praefationem pag. XCIV).

Digitized by Google

BIBLIOTHECA BODLEIANA

I.

Cum mulier ex clamosis paruuli uagitibus taediata puerum in sui commotione animi lacerandum luporum dentibus conmendaret, lupus quidam noctiuagus tunc forte circa tecta perambulans et uerbis mulieris, quae audierat, nimis credulus praedam suam de puero ad ostium expectauit. Sed tandem quiescente paruulo et nutrice eidem blandiciis alludente sensit se in promissis deceptum, timensque aduentum diei et canum ad lustra sua famelicus rediit et ieiunus. Cumque lupa uxor eius eum increparet, quod in conspectu eius rediens uacuus appareret, respondit:

'Ne mireris' ait 'deceptum fraude maligna
uix miserum uacua delituisse fuga.
Namque rogas praedam. Quae spes contingere posset,
iurgia nutricis cum mihi uerba darent?'
Haec sibi dicta putet seque hac sciat arte ioeari,
femineam quisquis credidit esse fidem.

II.

Testudo suam tarditatem detestans ut doceretur uolare aquilam mercede conduxit. Quam cum in aëris

Digitized by Google

sublimia deuexisset et promissa perpendisset fallacia, eam cadere super rupem permisit, et confracta periit tabescendo.

Sic quicumque noua sublatus laude tumescit
dat merito poenas, dum nimis alta cupit.

III.

Cancer filium suum conuiciis increpabat eo quod tortuosis gressibus incederet et oblique. Sed cum a filio requisitus exemplum et formam recte gradiendi temptaret ostendere nec ualeret, factus est filio in derisum.

Nam stultum nimis est, cum tu prauissima temptes,
alterius censor ut uiciosa notes.

IIII.

Cum Phoebus et Boreas de praeminencia uirium contenderent coram Ioue, litem in hoc statuerunt concorditer terminandam, ut ille uiribus praeualeret, qui suis citius spoliaret uestibus uiatorem. Flante itaque Borea quanto tempestas aerior insurrexit, tanto uiator circa se uestes suas attentius colligebat. Cessante tandem turbine sol illuxit, et factus est calor intensus ita, ut uiator, prae caumate pallium exuens et tunicam, sub umbra cuiusdam arboris nudum super herbam uiridem se proiceret.

Tunc uictor docuit praesentia numina Titan,
nullum praemissis uincere posse minis.

Digitized by Google

V.

Asinus inuento leonis spolio se contexit et sub hac effigie cetera terrebat animalia. Quem rusticus ex aurium magnitudine deprehendens eiusque tergum superbo denudans amictu ait:

'Forsitan ignotos imitato murmure fallis,
at mihi, qui condam, semper asellus eris.'
Metiri se quemque decet propriisque iuuari
laudibus, alterius nec bona ferre sibi.

VI.

Rana quondam cetera alloquebatur animalia, fingens se in arte medicinae peritam. Cui uolpes ait: 'quomodo sanabis alios quae te ipsam ab ictericia, quam croceus in te color denotat, sanare non potes?'

Ne sibimet quisquam de rebus inaniter ullis
quod nequit inponat, fabula nostra monet.

VII.

Cani nequam et absque latratu mordenti dominus suus nolam suspendit ad collum, ut sono tintinnabuli praemonerentur incauti. Cui de nola ipsa, tanquam de precioso ornatu, superbienti sic ait canis senior:

'non hoc uirtutis decus ostendetur in aere,
nequitiae testem sed geris inde sonum.
non facile est prauis innatum mentibus, ut se
muneribus dignas supplicioue sciant.'

Digitized by Google

VIII.

Camelus uidens boues cornibus, apros dentibus et leones morsu insignitos, conquestus est Ioui, se nimis in naturalibus destitutum, et petiit sibi dari cornua in munimen. Iupiter autem indignacione concepta camelum deridens non solum peticioni non annuit, sed a natura concessam abstulit ei aurium uenustatem.

'Viue minor merito cui sors non sufficit' inquit
'et tua perpetuo, liuide, dampna geme.'
Contentum propriis sapientem uiuere rebus,
nec cupere alterius, fabula nostra monet,
indignata cito ne stet Fortuna recursu,
atque eadem minuat quae dedit ante rota.

VIIII.

Duo uiatores foedus pariter inierunt, ut in aduersis partito pondere alter alteri subueniret. Quibus per desertum ambulantibus occurrit leo famelicus praedam quaerens. Mox alter agilior quercum conscendit, alter uero fugere non ualens pauore deriguit et syncoptizans in terram cecidit semiuiuus. Quare leo cadauer mortuum esse putans cum paululum contrectasset, reliquit et in siluas longe recessit. Tunc alter de quercu descendens dixit: 'quid tecum leo secretius est loquutus?' At ille ait:

'ne facile alterius repetas consorcia, dixit,
rursus ab insana ne capiare fera.'

Digitized by Google

X.

Miles caluus capillos fronti suo coaptauerat alienos; quibus uehementis Boreae flatu subreptis, factus est circumstantibus in derisum. Tunc ille derisionem in iocum pulcre conuertens:

'quid mirum est' inquit 'positos fugisse capillos
quem prius aequaeuae deseruere comae?'
Se risu quicumque nouo sciat esse retentum,
arte magis studeat quam prohibere minis.

XI.

Fluuius quidam subitis inundans imbribus duas ollas, alteram aëream alteram fictilem, ereptas e litore asportauit. Sed cum testea leuior uelocius a gurgite portaretur, [aerea] ait: 'consortes sumus, inuicem nos coniungamus.' Cui testea:

'quamuis securam uerbis me feceris,' inquit
'non timor ex animo discutiendus erit.
Nam me siue tibi, seu te mihi conferat unda,
semper ero ambobus subdita sola malis.'
Pauperior caueat sese sociare potenti,
namque fides illa cum parili melior.

XII.

Rusticus aratro suo agri culturae insistens uidit e terra thesaurum casu fortuito prosilire. Tunc boues

Digitized by Google

soluens et ad pascua mittens aram Cybelae construxit et eam sacrificiis honorauit, tanquam sibi spontaneas dantem opes. Sed Fortuna indignans debitum sibi in hoc honorem auferri, ait:

'nunc inuenta meis non prodis munera templis
atque alios mauis participare deos,
sed cum surrepto fueris tristissimus auro,
me primam lacrimis sollicitabis inops.
non me ridenti uoltu, sed cernere tristi
fas erit, et uacua sint tibi uota tua.
uiuus in accepto peccat graue quisque talento,
si, quod ab hoc sumpsit, imputat hoc alii.'

XIII.

Cum taurus a facie leonis insequentis fugeret, obuium habuit hircum caprarum, qui ore moram faciens obliquato eum deridere et terrere conatus est. Cui taurus:

'non te demissis saetosum, putide, barbis,
immo hunc, qui super est insequiturque, tremo.
nam si discedat, nosces, stultissime, quantum
discrepat a tauri uiribus hircus olens.'
Dum cupis illatum tibimet persoluere dampnum,
absque tuo dampno [docte caueto fore].

XIIII.

Ioue ab animalibus sciscitante quod illorum prolem gigneret pulcriorem, simia natos suos coram cunctis

Digitized by Google

afferens laudem et uictoriam suis exhibendam fetibus praedicabat, ita ut ipsum Iouem et totam deorum curiam prouocaret ad risum.

Sic mos est fatui, quod quicquid fecerit ipse,
uile licet fuerit, approbat ipse tamen.

XV.

Pauo stellatus et rota superbiens gruem liuidi coloris arguebat deformem. Cui grus respondit:

'quamuis innumerus plumas uariauerit ordo,
mersus humi semper florida terga geris.
ast ego deformi sublimis in aëra penna
proxima sideribus numinibusque feror.'
Si quadam uirtute nites, ne despice quemquam,
ex alia quadam forsitan ille nitet.

XVI.

Quercum uento prostratam detulit amnis in harundinetum. Tunc admiranti quod canna tenuis in liquido quiescens staret, cum ipsa in terra solida ingenti trunco et radice fulta latissima iaceret prostrata respondit canna:

'in tua praeruptus offendit robora uentus,
motibus aura meis ludificata perit.'
Haec nos dicta monent magnis obsistere frustra
paulatimque truces exsuperare minas.

Digitized by Google

XVII.

Feras sagittarium fugientes tigris audacior increpabat; sed cum ipsa tandem incauta iaculo esset confixa, uolpes ait: 'quisnam est ille qui te uolnerare ausus est, quae alios protegis et defendis?' At illa gemens: 'non conparuit oculis meis' inquit 'quem timere debueram:

sed cruor et ualidis in me directa lacertis
ostendunt aliquem tela fuisse uirum.'
More uolant iaculi clandestina uerba nocentis,
nec praescire palam laederis unde potes.

XVIII.

Cum quatuor iuuenci fortissimi tanta essent societatis concordia foederati, ut semper simul ad pascua graderentur, simul morarentur ibidem simulque ad uesperam remearent, leo montes inhabitans ipsorum in tantum pertimuit unionem, ut nullatenus auderet aggredi sic coniunctos. Sed fraudem molitus sic eos alloquitur: 'cur unum campum quatuor nobilissimi occupatis? cum unius cuiusque uestrum strenuitatem deceat singularem campum et armentum regere copiosum. Separemini ergo ab inuicem singuli loca singula et dominia occupantes famamque et nominis uestri gloriam dilatantes.' Illi uero huiusce modi laudibus delectati ac uerbis fallacibus nimis creduli loca singula segregati ab inuicem quaesierunt. Tunc leo, uidens eos consueti securique consorcii destitutos, unum post alium inuadit lacerat et occidit.

Digitized by Google

Tunc quidam ex illis ait: 'uitam seruare quietam
qui cupit, ex nostra discere morte potest,
neue cito admotas uerbis fallacibus aures
impleat, aut ueterem deserat ipse fidem.'

XVIIII.

[Paraphrastes Auiani uersus descripsit, in fine duos hosce addens:]

Cum pulcer fueris, deformem spernere noli:
turpia saepe uigent, quando decora cadunt.

XX.

Paruus admodum pisciculus hamo captus ait piscatori: 'sine me in aquis crescere, ut piscem pinguem et tibi perutilem me alia uice recipias.'

Ille nefas captum referens absoluere piscem
difficiles queritur casibus esse uices:
'nam miserum est' inquit 'praesentem amittere praedam,
stultius et rursum uota futura sequi.'
Iudicio plebis non fallit 'habes' sed 'habebis':
plus 'unum hoc tribuo', quam 'tribuenda duo'.

XXI.

In segetibus cuiusdam rustici alauda nidificans pullos fecit. Cum uero rusticus pro metendis segetibus opem peteret a uicinis, uoluerunt pulli nidum relinquere et fugam inire; quod mater prohibuit asserens

Digitized by Google

alieno fidentes adiutorio saepius defraudari. Cumque secundo et tercio petiuisset rusticus auxilium alienum, nec inde alauda timendum fore decreuit.

Sed postquam dominum curuas conprendere falces,
frugibus et ueram sensit adesse manum:
'nunc' ait 'o miseri, dilecta relinquite rura,
cum spem de propriis uiribus ille petit.'

XXII.

Apollo cupidum et inuidum comites itineris sui habens dixit, ut alter donum quod uellet ab eo peteret et protinus optineret: non petenti uero daretur continuo duplum eius. Cupidus igitur, ad duplum anhelans lucrum, inuidum conpulit ad petendum. Sed ille non ferens prosperitatem alterius petiit sibi unius oculi uisum extingui, ut socius suus lumine priuaretur utroque. Quod et factum est.

Tunc sortem sapiens humanam risit Apollo
inuidiaeque malum rettulit ipse Ioui,
quae, dum fortunis aliorum gaudet iniquis,
laetior infelix et sua dampna cupit.

XXIII.

Institor imaginem Bacchi marmoream uenditioni exposuit, circa quam conparandam duo affuerunt emptores, unus ut de ea cuiusdam defuncti sepulcrum ornaret, alter ut eam in templo statueret debitis sacrificiis

Digitized by Google

honorandam. Tunc uenditori ait imago: 'attende cui me uendas et in cuius istorum precio spem ominis tui ponas:

subdita namque tibi magni est reuerentia Bacchi, ut per te uel diuinos in templo honores uel ex sepulcro cadaueris dedecus consequatur.'

Conuenit hoc illis, quibus est permissa potestas,
an prodesse magis, quam nocuisse uelint.

XXIIII.

Venator cum leone disceptans de uiribus ostendit ei in quadam sepulcri sculptura leonem ab homine superatum. Tunc leo ait: 'quis hoc sculpsit?' At ille: 'homo hoc fecit.' Cui leo: 'scias quod si leo sculpere sciret, uideres contrarium in sculptura.

O si nostra nouum caperet sollertia sensum,
sculperet ut facili pollice saxa leo,
tunc hominem aspiceres oppressum murmure magno,
conderet ut rapidis ultima fata genis.'

XXV. XXVI.

[Paraphrastes uersus Auiani repetiit.]

XXVII.

Siciens cornix cum urnam aquae modicum continentem eicere non ualeret, lapillulis ipsam implens sic effluere aquam fecit et sic de ea potauit.

Digitized by Google

Viribus haec docuit quam sit prudencia maior,
quae coeptum uolucris explicuisset iter.

XXVIII.

Tauro cornupetae nec aratra pacienti dominus suus cornua fecit abscindi. Qui postmodum arare coactus, cum cornibus nocere non posset, puluerem et harenam pedibus recalcitrans sparsit in oculos rustici aratrum insequentis. Qui ait: 'haec uere est natura iniqui, ut, cum ex una parte fuerit coartatus, ex parte alia prout potest se exerat ad nocendum.'

XXVIIII.

Satyrus quidam deficientem frigore uiatorem in suam recepit speluncam, attente conspiciens quod manus gelu torpentes anhelitus flatu calefaceret. Cibis eum refecit siluestribus et calidum porrexit pulmentum. Cuius ille uolens mitigare calorem, iterum crebrius insufflauit.

Obstupuit duplici monstro perterritus hospes
expulsumque inde longius ire iubet.
'nolo' ait 'ut nostris unquam successerit antris
tam duo diuersa qui simul ore gerit.'
Qui bene proloquitur coram sed post ea praue,
hic erit inuisus, bina quod ora gerat.

Digitized by Google

XXX.

Aprum segetes conculcantem conprehendit messor et aurem sibi abscindens inde eum fugauit, ut tali poena perterritus illuc amplius non ueniret. Sed secundo rediens alteram aurem perdidit; ad hoc harum poenarum immemor tertio rediens a messore conprehenditur et necatur et in frusta consectus, diuersis de eo paratis cibariis, mensis domini sui apponitur. Corde uero petito a domino nec inuento, coci gulositas accusatur, qui se excusans ait: 'aper iste stolidus nullum cor habuit et ideo nec memoriam nec timorem: alioquin nullatenus redisset ad locum ubi tociens fuerat tormentatus.' Et laudauerunt cocum eo quod se curialiter excusasset. Aper signat stolidum a suis numquam resipiscentem peccatis, unde dicitur:

haec illos descripta monent, qui saepius ausi
numquam peccatis abstinuere manum.

XXXI.

Taurum in prato quiescentem mus in aure momordit et in cauerna sua protinus se abscondit. Taurus itaque caput leuans toruo conspiciebat oculo de inquietatore suo se cupiens uindicare. Cuius indignacionem et minas mus in suo foraminis anfractu securus derisit ipsumque uerbis talibus irritauit:

'non quod magna tibi tribuerunt membra parentes,
uiribus effectum constituere tuis.

Digitized by Google

disce tamen breuibus quae sit fiducia monstris,
et facias quicquid paruula turba cupit.'

XXXII.

Piger rusticus plaustrum minans, cum illud luto haerentem conspiceret, humi residens deorum auxilium inuocabat. Cui Hercules ait: 'appone, miser, manum plaustro et stimula boues tuos. Si uis deos habere propicios, adiuua temet ipsum.'

Disce pigris numquam deflecti numina uotis;
praesentes adhibes, cum facis ipse, deos.

XXXIII.

Habebat rusticus aucam tanto genii munere insignitam, quod singulis septimanis singula in nido suo oua ponebat aurea. Rusticus autem auri amore succensus tardumque cupiens accelerare thesaurum aucam necauit, ut oua cuncta de uentre eius extraheret una uice. Sed ipsam uacuam ouis reperiens miserabiliter suam planxit miseriam.

Sic qui cuncta deos uno male tempore poscunt,
iustius his etiam uota diurna negant.

XXXIIII.

Formica tempore hiemali frumentum quod aestate collegerat, exsiccabat. Quam cicada esuriens exorabat ut sibi aliquid largiretur, ne fame periret. Cui formica:

Digitized by Google

'quid' ait 'aestatis tempore faciebas?' At illa respondit: 'per saepes oberrabam cantando.' Subridens itaque formica et frumentum suum reponens ait: 'si aestate cantasti, hieme salta.

mi quoniam summo substancia parta labore est,
frigoribus mediis ocia longa traho.
at tibi saltanti nunc ultima tempora restant,
cantibus est quoniam uita peracta prior.'
Quisquis torpentem passus transire iuuentam,
nec domuit uitae prouidus ante mala,
confectus senio postquam grauis affuit aetas,
heu frustra alterius saepe rogabit opem.

XXXV.

Simia partum effundens geminum ex more suo istum diligit et hunc odit. Inminente siquidem uenatore dilectum in ulnis et exosum in dorso conportat, sed pedibus posterioribus diu currere non ualens cogitur dilectum derelinquere, ad sui ipsius saluacionem arbores ascensura, et dorso haerentem saluat fugiens odiosum, qui tandem pereunte dilecto in amiciciam matris et auorum succedit.

Sic multos neglecta iuuant, atque ordine uerso
spes humiles rursus in meliora refert.

XXXVI.

Vitulus pinguis et indomitus bouem increpabat continuis laboribus insudantem, sed post modicum tempo-

Digitized by Google

ris uidit bos illum uitulum uittatis cornibus et ligatum sacris inponi altaribus iugulandum, et ait:

'ecce tibi tristis dedit indulgencia mortem,
expertem nostri quae dedit esse iugi.
Proderit ergo grauem potius sufferre laborem,
ocia quam tenerum mox peritura sequi.'

XXXVII.

Pinguior exhausto etc. Vide hanc fabulam in Aesopo: 'de cane guloso et lupo libertatem laudante'; unde et hic dicitur:

has illis epulas pocius laudare memento,
qui libertatem post posuere gulae.

XXXVIII.

[Paraphrastes uersus Autani repetüt.]

XXXVIIII.

Miles in torneamentis attritus arma sua tradidit ignibus conburenda. Cui lituus ait: 'ego te uel alium nunquam inpuli uel percussi; quare igitur me conburis?' Cui miles:

'te disceptandum flammis crepitantibus addam
et dignum poena te grauiore premam;
nam licet ipse nihil possis temptare nec ausus,
saeuior hoc, alios quod facis esse malos.'

Digitized by Google

XXXX (41).

Vasi luteo soli ad desiccandum exposito superueniens imber ait: 'quod tibi est nomen?' responditque: 'amphora uocor.' Cui imber: 'o amphora,' inquit, 'cognomine superbiens et figura, quae naturam tuam recognoscere dedignaris, experieris protinus uires nostras.' Et statim eam aquarum abundancia redegit in lutum.

Haec poterunt miseros homines exempla monere,
subdita nobilibus ut sua fata gemant.

XXXXI (40).

Pardus pulcra colorum uarietate superbiens cetera animalia tanquam deformia contempnebat. Cui uolpes:

'uade' ait 'et pictae nimium confide iuuentae,
dum mihi consilium pulcrius esse queat,
miremurque magis quos munera mentis adornant,
quam qui corporeis enituere bonis.'

XXXXII.

Aedus insequentis lupi timore perterritus cursus uelocitate se recepit in urbem. Cui lupus exclamans:

'nonne uides' inquit 'cunctis ut uictima templis
inmeritam pecudum morte cruentat humum?
quod nisi securo ualeas te reddere campo,
heu mihi, uittata tu quoque fronte cades.'

Digitized by Google

Ille refert: 'modo quam metuis, precor, exue curam
et tecum uiles, inprobe, tolle minas.
nam sat erit sacrum diuis fudisse cruorem,
quam rapido fauces exsaturasse lupo.'
Sic quociens duplici subeuntur tristia casu,
expedit insignem promeruisse necem.

Expliciunt apologi Auiani.

Digitized by Google

ie cur-

Digitized by Google

In demselben Verlage ist erschienen und in allen Buch-
handlungen zu haben:

LVCIANI MVELLERI

DE RE METRICA

POETARVM LATINORVM

PRAETER PLAVTVM ET TERENTIVM

LIBRI SEPTEM.

ACCEDVNT EIVSDEM AVCTORIS OPVSCVLA.

gr. 8. geh. Preis 2⅔ Thlr.

In meinen Verlag sind übergegangen und fortan durch all
Buchhandlungen nur von mir zu beziehen:

POETAE LYRICI GRAECI

RECENSUIT

THEODORUS BERGK.

EDITIO ALTERA.

[LIPSIAE APUD REICHENBACHIOS.]

gr. 8. geh. Preis 5 Thlr. 15 Ngr.

ANTHOLOGIA LYRICA

CONTINENS

THEOGNIDEM, BABRIUM, ANACREONTEM,

CUM

CETERORUM POETARUM

RELIQUIIS SELECTIS.

EDIDIT

THEODORUS BERGK.

gr. 8. geh. 22½ Ngr.

Leipzig.

B. G. Teubner.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google